

# INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN V

FASCICVLVS ALTER

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMXIII

# INSCRIPTIONES
# LACONIAE MESSENIAE ARCADIAE

FASCICVLVS ALTER

INSCRIPTIONES ARCADIAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

FRIDERICVS HILLER DE GAERTRINGEN

ACCEDVNT TABVLAE OCTO

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMXIII

Printed in Germany

# PRAEFATIO.

Corpus inscriptionum graecarum Peloponnesiacum cum mense Februario anni MDCCCXCV ab Academia Regia condendum suscepisset MAXIMILIANUS FRAENKEL, ipse schedis totius peninsulae diligenter collectis, itineribus duobus, quibus Argolidem peragravit, insequente anno confectis, corporis denique volumine primo, quod nunc Inscriptionum graecarum quartum appellamus, eandem regionem amplexo pro parte virili absoluto, postero anno mortem obiit; cui viro rerum potius quam lapidum gnaro librorumque peritissimo ea quoque quae incohata vel praeparata reliquit volumina non pauca debent. Fourmonti notas iam excusserat, ectypis lapidum Mantineae a FOUGÈRESIO effossorum, ab hoc ipso viro strenuo et felici transmissis operam dederat; tesseras Mantineae inventas Athenis exscripserat itinerum socius CAROLUS FREDRICH. FRAENKELIO successit qui opus eius multifariam adiuverat, IOANNES DE PROTT, vir de Atticae quoque et Prienae lapidibus bene meritus, sed iam eodem anno MCMIII, antequam unum ex his operibus ad finem perduceret, lugubri fato consumptus. Laconiam et Messeniam tum sortitus est GUALTERUS KOLBE, cuius thesauro iam exaedificato gaudemus; reliqua cum insulae, Ionia, Attica propter titulorum nuper inventorum copiam et pondus editorum munus multo magis sibi deposcerent, ad serius aevum superstites rettulerunt. Absolutis vero Cycladibus, cum de Sporadibus quoque et insulis Asiae orae vicinis vixdum timendum esset, ne docti deficerent patroni, Arcadia ab Academia Regia mihi est concessa, terra propter relligionis fabularumque priscum illum colorem et unicum Pausaniae librum diu a me dilecta, ante viginti tres annos DOERPFELDIO duce una cum eo, qui nunc corpori huic praeest, cursim permeata. Quam anno huius saeculi decimo rursus adii. Musea post Atticum Tegeae, Megalopoli, Lycosurae, Demitsanae, dispersa per vicos et montes monumenta vidimus. Nec defuit socius situs et murorum studiosus, dimensurandi, delineandi, lucis ope imagines conficiendi artium omnisque operis sibi delati peritus HENRICUS LATTERMANN. Quae huius viri studiis debeantur, et peculiare opusculum academicum ante duos annos una cum eo editum et corporis nostri lemmata sat multa clamitant, tabula geographica fasciculo adiecta insuper testatur. Necnon iis, qui iter nostrum amoenissimum, non tam titulorum inventorum copia quam silvarum montium aquarum deliciis incomparabile secuti sunt nec raro me ipso plura ad propositum nostrum scita et prompta benevolentia et industria contulerunt, gratam ad dies vitae memoriam fore speramus.

Multa etiam praeter ea, quae iam a FRAENKELIO aliisque beneficia recepimus profiteri licet et in itinere et postea in opus nostrum collata. Graecorum magistratus et viri liberalium artium vinculo nobiscum coniuncti ea, qua solent, humanitate quamlibet facultatem nobis fecerunt, antiquitatum copias aperuerunt consiliis doctrinaque sua adiuverunt, libris a semet ipsis scriptis et nobiscum statim communicatis editionis quoque nobiles partes sibi vindicaverunt. Qua in re quod in corpore edendo gratissimum est enuntiare lubet, non stimulari nos vana primae editionis gloriola, sed unice id agi, ut inscriptionum textus vel sexcenties editarum ad artis philologicae quae et grammaticam et archaeologiam et historiam quas vocamus comprehendit, normas exigantur. Idem doctorum Graecorum animus est, minime quidem curiosus, utrum mihi an ipsis prima editio lapidum a se inventorum casu obtigerit. Quorum nomina nemo nescit, et saepe relata sunt; multi Arcadiam profitentur patriam. LEONARDUS Lycosurae et Magnae urbis ectypa, ROMAEUS lapidum tegeaticarum, OEKONOMUS Thisoae decretorum ineditorum, quae ipse effosserat, Ar-

cadiae tunc ephorus, mox Thessalonicae, ARBANITOPULLUS Thessalus, nunc Perraebus Maenali et Tegeae titulos, KURUNIOTES Lycaei, MICHAEL KRISPI Parius Naxiusque hospes Orchomenios Mantineae Tegeaeque, KOSMOPULUS equorum et operarum magister incomparabilis Cletoriorum miserunt; in Museo tegeatico NICOLAUM GRIMANEM ut olim Theraei, ita nunc recentis studii fautorem inveni.

Ectypa Musei Britannici A. SMITH, Uppsaliensis E. LOEFSTEDT, L. KJELLBERG, S. WIDE, Lebasiana Universitatis Parisiensis CHATELAIN per Haussoullierum miserunt, HAUSSOULLIER ipse in uno titulo nobiscum restituendo plus studii doctrinae oculorum aciei quam alii in libro condendo consumpsit; idem denique et A. PLASSART cum duo praeclara sermonis et locorum arcadicorum monumenta Delphis reperta suis curis restituta manibus tenerent, tali decore librum nostrum egere non passi sunt. Institutorum et austriaci et germanici sodales et moderatores docto et benevolo officio, quod iam totiens experti sumus, hoc opus auxerunt et ornaverunt. Alia aliorum humanitati debemus, quae suis locis honoris causa commemorare iuvabit. Denique in hoc quoque corpore typis exprimendo, corrigendo, supplendo UDALRICUM DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF et OTTONEM KERN socios expertus sum benevolos et attentos, et partis plagularum LATTERMANNIUM. Quamquam multa eaque non leviora capita ita comparata esse constat, ut nemo nisi ipse auctor totum in se periculum recipere possit.

Denique typos quos epigraphicos sive maiusculos vocamus aut retineri aut abiectos esse moneo, prout aut utiles aut certe non sine damno omittendi, aut e contrario fallaces et periculosi esse videbantur. Sane concedendum erit, corpora haec nisi peritorum in usum non condi, neque ignorari a viris doctis, imagines quoque photographicas, ut de delineationibus taceam, non semper id efficere ut verus et genuinus rerum status reddatur. Interdum lapis ipse male scriptus et male habitus modo hanc modo illam speciem nobis offert, prout lux hinc sive illinc affulsit aut vera falsave de argumento formisque litterarum notio animis nostris informata est. Iis vero viris doctis, quibus lectionis nostrae fundamenta quam accuratissime perpendere in animo erit, si non lapides ipsos in Museis depositos, at certe ectypa examinandi facultas dabitur; quae ectypa in Academiae thesauro epigraphico adservata reperiuntur.

Scribebam mense Martio anni MCMXIII.

FRIDERICUS HILLER DE GAERTRINGEN.

# PROLEGOMENA

## DE ARCADIAE VNIVERSAE REBVS.

### I. DE ARCADIAE NOMINE GENTIBVS SERMONE.

δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη τῶν Ἑλλήνων εἶναι τὰ Ἀρκαδικά, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

Strabo VIII 388.

Ἀρκαδίας terrae nomen ab incolis derivatum est, qui Ἀρκάδες vocantur. Illa in navium catalogo (Ἀρκαδίη B 603), hi septimo Iliadis libro H 134 primo occurrunt. Inter primitiva quae dicit nomina ethnica habet Dittenberger *Herm.* XLI 1906, 167, qui alio loco (XLII 1907, 14) de cteticis Ἀρκαδική, Μαντινική mulieribus additis agit. Ἀρκ-άδες cum ad similitudinem appellativorum λογάδες, μιγάδες, νομάδες formatum sit, iis refragari nolo, qui verbi ἀρκεῖν i. e. arcere notionem inesse putaverunt, ut Ἀρκάδες sint *Wehrmänner*, sicut illi electi, mixti, vagantes, a verbis λέγειν, μειγνύναι (μιγῆναι), νέμειν (cf. Angermann apud Grasbergerum *Stud. griech. Ortsn.* 103) derivati. Ad eandem stirpem arces mari appositas revoco Carpathiorum Ἀρκάσειαν (IG XII 1, p. 158), Amorgiorum Ἀρκεσίνην, appellativum ἄρκεσιν. Ipsis vero Arcadibus et ceteris Graecis cum ursa (ἄρκτος) nomen coniungere praeplacuit, cum Arcadum mater Callisto sive Themisto in ursam mutata peperisset Arcadem heroem, et Dianam quoque deam sub ursae specie cultam servae eius puellae ab Atheniensibus ἄρκτοι appellatae docerent. Arcadiam olim ut luporum, ita ursorum plenam fuisse constat et Pausaniae testimonio (VIII 23, 9) et, si quid huic tribuis, vel hodierno vici nomine Ἀρκουδόρρευμα in Maenali faucibus siti. Certa quoque est et antiqua religio illa, nec deest simile nomen Ἀρκτᾶνες ὡς Αἰνιᾶνες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν, a Rhiano ap. Steph. Byz. commemoratum. Nihilo minus illam quam antea indicavimus vim priorem fuisse contendo. Milites semper fuerunt strenui, ὡς ἐπικούρων ὁπότε δεηθεῖέν τινες, οὐδένας ᾑροῦντο ἀντ' Ἀρκάδων (Xen. Hell. VII 1, 23).

Arcades hi Graeci fuerunt cum iis cognati, qui ante Dorum Boeotorum Thessalorum Eleorum adventum Graeciam mediam et Peloponnesum tenebant. Documento sunt sermonis prisci et nominum reliquiae cultusque deorum, imprimis Neptuni et Cereris equestrium Mercuriique. Proprie arcadicus fuit Pan. Postea accesserunt Iuppiter et Minerva, deinde serus Apollo; Aesculapium certe iam catalogi noverunt hesiodei. Formam cultus minus commutaverat poëtarum et sculptorum ars; remanebant simulacra a figura humana aliena, capita equina, arietina, asinaria, pilae sive Hermae.

Barbarorum quos olim totam Graeciam incoluisse apud Graecos constabat, nomina pauca geographica apud Arcades remanserunt, multo certe pauciora quam apud Athenienses Boeotosque. Ἐρύμανθος Φάλανθος asianum prae se ferunt colorem; dubia sunt quamquam pleraque graeca esse videntur nomina illa in -έα, velut Ἀλέα (p. $1_{08}$), Ἀσέα, Μαντινέα (et -ίνεια), Τεγέα, Λουσέα, cf. vicina Τενέα et Μιδέα; graeca sunt nomina in -άσιοι, ut Ἐλισφάσιοι (Ἐλίσφα cf. Ἐνίσπη B 600), Ὀρεσθάσιον i. q. Ὀρέστειον, Παρράσιοι (veteres comparabant insulam Πάρον nominis certe barbari). Dianae quod credebant nomen Ἡμερασία potius feriarum est, v. Lusis p. $93_{12}$; sed notum Καρνειάσιον Messeniorum a dis Carneis dictum. Nominum formis quas soli Pausaniae codices testantur nimiam fidem habere nolumus; nota oppidulorum catalogum Magna urbe haustorum, qui per tot rivulos e titulo fluxerit (VIII 27), a ceterorum capitum scriptura saepe discrepare. Quae Fick *Vorgr. Ortsn.* 1905, 92 sqq. protulit, non omnia arrident; sed difficile est substituere meliora. Iones quidem maris studiosi montium fluviorumque nomina propria retinebant a barbaris incolis relicta; Arcades vero, ut postea slavicae gentes, cum essent pastores, silvosos clivos et cacumina summa ascendebant, valles prataque implebant, rura omnia pascuis idonea sua lingua denominabant. Quare Brilettos Ardettos, Ilisos Cephisos in Arcadia quaerere noli.

Postquam Dores Argolidem, Laconicam, Messeniam, Aetoli Elidem occupaverunt, incolas priores mari propiores aut subegerunt aut expulerunt, Arcades interiorem Peloponnesi partem retinebant. Nec tamen constabat sibi per omnia saecula Arcadiae nomen, sed hic illic usque ad maria processit, ad montium iuga recessit, prout aut Arcades aut vicini Dores Elei Achaei praevalebant. Quare ne mireris, quod Arcades audis aliquo tempore Triphylos Elidis, Pellenenses Tritaeensesque Achaeos, Phliasios Cleonaeos Cynurios (qui et Iones) Argolidis, Sciritas Aegytasque Laconiae, haud aliter atque Ceos et Tegeatas Ionumque Magnetes novimus Aetolos, Megalopolitas Corinthios Messeniosque Achaeos. Arcades igitur communis rei publicae nomen erat, aut certe esse poterat, quo tempore Arcadibus adscribi operae pretium esse videbatur.

Arcades cum Magnam urbem condere instituerent, Thebanorum victoria hostiumque communium clade freti, in partes duas divisi erant, e quibus una urbes vel oppida continebat, altera gentes. Aliquae vero urbes tunc vixdum e συστήμασι δήμων contrahi inceperant, Mantinea inde ab Hagesipolidis bello in quinque pagos distracta non multum differebat ab Eutresiorum gente; sed restituebat iam moenium orbem. Gentes tunc dicuntur Παρράσιοι, Μαινάλιοι, Εὐτρήσιοι, Κυνούριοι. Paullo post gentes remanebant Μαινάλιοι et Κυνούριοι (n. 1); deinde hi quoque publicas agere partes desierunt. Hauserat igitur Magna urbs gentium arcadicarum reliquias. Sed eo clarius fit gentes (ἔθνη), non urbes (πόλεις) rerum arcadicarum quasi principium esse, nec melius exemplum ad eam doctrinam inveniri posse, quam nuper Wilamowitzius (*Staat und Gesellschaft der Griechen und Römer* 1910, 42) de rei publicae graecae origine probavit[1].

[1]) Cf. B. Keil *Gr. Staatsaltert.* Gercke-Norden *Einl.* 1912, III 297 sqq.; Swoboda *Staatsaltert.* I 3[6] 1913, 3 sqq.; de Arcadia Hiller v. Gaertringen *Ark. Forsch.* 1911, 12.

Sed antequam de singulis gentibus agamus, pauca de Arcadiae partibus praemittendum est, quibus cave ne nimium tribuas pondus. Carmen Hesiodeum cum multos Lycaonis filios enumerasset, a quibus urbes populosque denominatos esse probat Pallas Pallantii eponymus, Eumelus Elatum et Aphidantem dixit Arcadis filios; Eumelumque secutus Apollodorus. Aphidas quin κλῆρον Ἀφειδάντειον, Tegeaticam terram, sortitus sit, nemo unquam dubitavit; Elatus igitur reliquam repraesentat Arcadiam. Filio eius Aepyto Elationidae Phaesanam arcadicam prope Alpheum (et Olympiam) dedit Pindarus; Ischyn vero Elationidem iam Homeri in Apollinem hymnus (209) Apollinis fecit aemulum, cum Ἀζαντίδα κούρην, nempe Coronidem, appeteret. Tertium Azanem. quem et Hippolytae nuptiae Centaurorumque pugna peloponnesiaca (Diod. IV 33) et ludi funebres in eius honorem instituti (Paus. V 1, 8, schol. Pind. Ol. 3, 22) nobilem reddebant, num iam Pherecydes addiderit, dubitatur[1]); vix novit Hellanicus, qui Maenalum Arcadis filium fecerit, sed habet iam donarium Delphicum (a. 368), quod his tribus alios addit a deterioribus matribus natos. Elementa antiquiora iam Hecataeo vel aequali dare vix dubito; testimonia componere satis habens.

[1]) Stemma memorabile quod exhibet schol. Eur. Or. 1646 pugna Leuctrica haud dubie antiquius, quia Dorum eponymo insignem tribuit locum, cum Pherecyde Ceteum Callistus patrem habet communem, sed totum Pherecydi attribui non potest (E. Meyer *Forsch.* I 63 sq., 3). Primo argivam exhibet originem; Ἴασος — Ἀρέστωρ — Πελασγὸς ὁ Ἀργεῖος (πόλιν Παρρασίαν condit) ⌣ Κυλλήνη — Λυκάων ⌣ Ὀρθωσία — Νύκτιμος, sub quo κατακλυσμός (sicut apud Apollodorum, Pausaniam, cf. Ovidium). Deinde doricum stemma:

Εἰκάδιος ⌣ Κορωνεία
(Ἰκάριος Wil.) |
Δωριεὺς ⌣ Ἀργεία
βασιλεύς |
Παρθίων ⌣ Ὀρσιλόχη
(Πορθάων Schwartz) |
Στίλβη ⌣ Κητεύς — Πάρος (Parus insula, Parrasii)
|
Ζεύς ⌣ Καλλιστώ
|
Ἀρκάς ⌣ Λεάνειρα (Ἀμύκλαντος Apd. III 7, 1)
Ἔλατος Ἀφείδας Ἀζάν.

Hoc stemma paucis mutatis a. 368 ipsi adhibuerunt Arcades.

1) Eudoxus ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου ap. Steph. Byz. Ἀζανία: ʽἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας᾿ etc. ea scilicet quae Lusis oritur (p. $93_{80}$).

2) Stephanus ibidem: ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ἀζανία. διῄρηται δὲ εἰς τρία, Παρρασίους Ἀζᾶνας Τραπεζουντίους. καὶ ἔχει ἡ Ἀζανία πόλεις ἑπτακαίδεκα, ἃς ἔλαχεν Ἀζήν. Ultima tria verba fortasse poëtae esse adnotavit Meineke.

3) Schol. Dion. P. 415 (C. Mueller Geogr. gr. II 447): μετὰ τὸν Ἀρκάδος θάνατον οἱ παῖδες αὐτοῦ τρεῖς ὄντες ἐνείμαντο τὴν ἀρχήν. Ἔλατος μὲν ἔλαχε μοῖραν Ὀρομενόν, Μαντίνειαν καὶ τὴν Κυνουρικήν, ἥτις Θυρέα καὶ Ἀνθήνη καὶ τὰ περὶ τοὺς καλουμένους Πραίους¹)· Ἀφείδας δὲ Τεγέαν καὶ τὰ περὶ Μαιναλίαν²)· Ἀζὰν δὲ καὶ τὴν ἀφ᾿ ἑαυτοῦ Ἀζανίαν (lacuna) τὸν διὰ παρρησίαν³), ἐν ᾧ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν εἰς τὰς κοινὰς εἰσόδους εἴασαν⁴).

¹) Πρασίους? [Ἀν]ιγραίους? (C. Mueller). ²) περὶ μὲν ἄλλης ms.; emend. Meineke. ³) Ἀζανίαν [καλουμένην καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Λυκάονος παρανομίας εἰς] τὸν Δία Παρβασίαν, collato Steph. Byz. Παρρασία· Νικάνωρ δὲ Παρβασίαν φησὶ διὰ τὴν Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρανομίαν, Meineke Anal. Alex. 160. ⁴) εἴλασαν ms.

4) Herodotus inter Agaristae procos VI 127: Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκὰς ἐκ Τραπεζοῦντος καὶ Ἀζὴν ἐκ Παίου πόλιος Λαφάνης Εὐφορίωνος τοῦ δεξαμένου τε, ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίῃ λέγεται, τοὺς Διοσκούρους οἰκίοισι καὶ ἀπὸ τούτου ξεινοδοκέοντος πάντας ἀνθρώπους. Trapezuntius Arcas opponi poterat Azani e Paeo, si Azanes proprie dicti cum Trapezuntiis et Parrasiis Azaniam totam efficiebant.

5) Achaeus poëta saeculo quinto fabulam composuit Ἀζᾶνες dictam, quo chorus Lycaonem obtestatus esse videtur, ut ab sacrificio aut Nyctimi aut Arcadis absistat. Meineke Anal. Al. 161. Nauck fragm. trag.² 746, 2. Azanes igitur latiore sensu dicti, qui Lycaeum (vel Trapezuntem?) includebant.

6) Euripides Oreste 1645 sqq. a. 408 de Oresteo oppido ab Oreste condito (eodem nempe quod Oresthasium est, nisi de Orestea Megalopolis parte cogitamus) Παρράσιον δάπεδον. deinde Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ᾿, de quo doctum vide scholion.

7) addo varia testimonia: Euphorio ap. Apuleium de orthogr. 51 (Meineke Anal. Al. 159 CLXVI ʽAzania est pars Arcadiae, ubi natum Iovem tradit Euphorion᾿, i. e. Lycaeum (cf. Callim. hymn. I). — Polyb. IV 70, 3 ἡ δὲ Ψωφὶς ἔστι μὲν ὁμολογούμενον καὶ παλαιὸν Ἀρκάδων κτίσμα τῆς Ἀζανίδος. — oraculum ap. Paus. VIII 42, 6: Ἀρκάδες Ἀζᾶνες βαλανηφάγοι, οἳ Φιγάλειαν νάσσασθ᾿. — Steph. Byz. Φενεός· ἔστι δ᾿ ἡ πόλις τῆς Ἀζανίας. Callimachus hymn. in Dianam 235 οὔρεα circa Lusos sitos Ἀζήνια vocat. Quae omnia non praesentem rerum statum, qualis auctorum aetate erat, sed reconditam doctrinam prae se ferunt e libris haustam.

8) Proprium studium requirit Ἀζὰν ἐκ Πελλάνας: Paus. VI 8, 5 ἀθλητῶν Ἀρκάδων εἰκόνες ... καὶ Ἀζὰν ἐκ Πελλάνας Φίλιππος κρατήσας πυγμῇ παῖδας ... Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀζᾶνος Μύρων τὴν εἰκόνα ἐποίησε. Haec ad titulum ipsum redire nemo negabit. Myronem aut celeberrimum quinti saeculi statuarium aut seriorem nescio quem esse posse non nego; Azanem vero ἐκ Πελλάνας quarto et insequenti saeculo vix excogitari potuisse apparet. At inventa est in Altide tabula aenea carmine eleganti inscripta *Inschr. Olymp.* 174.

ὧδε στὰς ὁ Πελασγὸς ἐπ᾿ Ἀλφειῶι ποκα πύκτας
  τὸμ Πολυδεύκειογ χερσὶν ἔφανε νόμον
ἆμος ἐκαρύχθη νικαφόρος· ἀλλά, πάτερ Ζεῦ,
  καὶ πάλιν Ἀρκαδίαι καλὸν ἄμειβε κλέος,
τίμασον δὲ Φίλιππον, ὃς ἐνθάδε τοὺς ἀπὸ νάσων
  τέσσαρας εὐθείαι παῖδας ἔκλινε μάχαι.

Carmen secundum litterarum formas artemque poëticam ineunti tertio aut extremo quarto a. Chr. n. saeculo adiudicavit Dittenberger, ad unum eundemque hominem spectare ratus, quem Myro aliquis a celebri quinti saeculi artifice diversus effinxisset. Philippum exhibet Pelasgum i. e. Arcadem, puerum pugilem. Oblocuti sunt cum alii tum Hyde Olympionic. stat. 39 sqq., vs. 1—3*a* ad priscum nobilissimi Myronis aequalem, 3*b*—6 ad seriorem homonymum pertinere rati. Alii de statua quinti saeculi postea restituta cogitaverunt, quae interpretatio eo commendatur, quod carmen non ut mos est ipsi basi, sed tabulae seorsum confectae inscriptum est. Quae argumenta docte prolata perpendere nolo. Mihi Ἀζὰν ἐκ Πελλάνας Myronis, non diadochorum aevum, cuius titulus est, spirare videtur. Sed etiamsi eum sero illi tempori adscribere cogeremur, non ex eius usu appellatus esset, sed e libro aliquo haustus, quali usus Polybius illa de Psophide Azaniae scripserat. Illud contendo, ante foedus achaicum restauratum, quod Pellene post demum annum 275 amplexa est, causam fuisse posse, cur Arcades (Azanes) quam Achaei vocari mallent Pellenenses, haud raro illi quidem diversam a vicinis urbibus factionem secuti.

Azanum igitur nomen primo tempore septentrionalem fere et occidentalem Arcadiae partem comprehendisse, deinde etiam ad eam, quae potius meridiem et occidentem inter sita est, spectasse videtur, olim latius diffusum, postea Arcadum communi denominatione fere substitutum, denique obsoletum. Alia nomina gentium erant, de quibus nunc agendum erit.

---

ΠΑΡΡΑΣΙΟΙ Lycaei montis accolae. Falsis grammaticorum veriloquiis et coniecturis debentur Parrasii Parum incolentes et Parrasii apud Ἀναριάκας Hyrcaniae οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρσίους Strab. XI 508.

c. 600. Navium catalogus B 608: Παρρασίην ἐνέμοντο. Regio an oppidum fuerit, non indicatur.

468. ...ημος Παρράσ[ιος παίδων πάλην] Olympiae vicit Oxyr. Pap. Robert *Herm.* XXXV 1900, 141 sqq. 168. Diels *Herm.* 1901, 75 cum tabula.

468. Pind. Ol. IX Ἐφαρμόστῳ Ὀπουντίῳ παλαιστῇ. Antea Lycaea vicerat: 95 τὰ δὲ Παρρασίῳ στρατῷ θαυμαστὸς ἐὼν φάνη Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου (annus: pap. Oxyr. l. l.).

c. 450—400. Nummi argentei (Head² 451): caput Apollinis; caput barbatum; deus stans pedem rupi imponens — Γ; ꟼ Α Π et maius Γ; ꟼ Α Π : oboli.

Ante 421. Parrasii Μαντινέων ὑπήκοοι, castellum Κύψελα in eorum agro conditum. Thuc. V 33.

421 aestate Parrasiorum πόλεις a Lacedaemoniis liberatae et αὐτόνομοι factae. Κύψελα ab iis diruta Thuc. l. l. cf. Niciam ἐν Ἀρκαδικοῖς FHG IV 463 de Cypselo πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν, εἰς ἣν κατοικίσαντα Παρρασίων τινὰς ... (p. $128_{90}$).

Saec. V. Fabulam de Demaeneto Parrasio v. p. $140_{64}$.

Saec. V. Euenor Ephesius filium appellavit Παρράσιον, qui postea celebris fuit pictor. Overbeck *Schriftquellen* 1692 sqq.

408. Eur. Or. 1645 sqq. Ὀρέστειον intra Παρράσιον δάπεδον.

401/400. Καλλίμαχος Παρράσιος λοχαγός Xen. anab. IV 1, 27; 7, 8 etc. — Ἀρηξίων Παρράσιος μάντις ibid. VI 5, 2; cf. c. 4, 13. Nomen Tegeae recurrit n. $35_{14}$. — Ξενίας Παρράσιος ὁπλιτῶν τριακοσίων ἄρχων I 1, 2; λαβὼν ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους I 2, 3; Peltis τὰ Λύκαια ἔθυσε καὶ ἀγῶνα ἔθηκε I 2, 10; domum aufugit I 4, 7.

370. Παρρασίων Ποσσικράτης, Θεόξενος οἰκισταὶ Megalopolis ab Arcadibus electi. Paus. VIII 27.

370—367. Παρρασίων (δαμιοργούς) enumeravit Arcadum decretum n. 2, desunt iam n. 1 (362/1).

369. Decretum foederis: Παρρασίων πόλεις Megalopoli attributae Paus. VIII 27, 4: Λυκοσουρεῖς, Θωκνεῖς, Τραπεζούντιοι, Προσεῖς¹), Ἀκακήσιον, Ἀκόντιον, Μακαρία, Δασέα.

¹) Προσ(υμν)εῖς? cf. Bursian II 241, 1: ʽ*vielleicht* Πρόσυμνα᾿ cf. n. 495.

367. Xen. Hell. VII 1, 28. Archidamus rex εἰς Παρρασίαν τῆς Ἀρκαδίας profectus ἐδῄου τὴν χώραν. Diod. XV 72 eodem anno refert Megalopolim conditam post ἄδακρυν μάχην. Ἀρκάδες .. συρρίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας εἴκοσι τῶν ὀνομαζομένων Μαιναλίων καὶ Παρρασίων Ἀρκάδων.

361. Pammenes Thebanus Parrasios rebelles Megalopolitanis subiecit. Trapezus deleta, Lycosurae incolae propter religionem clementius tractati. Paus. VIII 27; v. p. $132_{37}$. Finis Parrasiorum gentis. Quam cum ignorarent, iam oppidum Parrasiam excogitaverunt, a Pelasgo conditum (Charax fr. 25 ap. Steph. Byz. Παρρασία), quod Nicanor [ἐν μετωνομασίαις Steph. l. l. = FHG III 633, 9] dixit Παρβασίαν κεκλῆσθαι διὰ τὴν Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρανομίαν. Cf. p. $VII_{112}$.

c. 280. Callimachus in Iovem I 10 ἐν δέ σε Παρρασίῃ ʽΡείη τέκεν Hinc poëtae romani adiectivo Παρράσιος fusius utuntur ad res fabulasque arcadicas indicandas; locos habes apud Pape-Bens. *Gr. Eigenn.* Παρρασία. Imprimis Callisto et ursa maior, nec non Euander et Carmenta domusque ab imperatoribus romanis in Palatino exstructae Parrasiorum nomen apud poetas romanos clarum fecerunt.

Saec. II p. Chr. Megalopolitani φυλὴν Παρρασίων habent: n. 452.

---

ΜΑΙΝΑΛΙΟΙ Aphidantis regno i. e. Tegeatidi adiecti secundum schol. Dion. P. 415 Ἀφείδας (ἔλαχε) Τεγέαν καὶ τὰ περὶ Μαιναλίαν (περὶ μὲν ἄλλης ms., emend. Meineke), id quod sexto certe saeculo convenire videtur. Hellanicus Maenalum Arcadis facit filium (FHG I $53_{60}$); alii Lycaonis.

472. Τέλλων Δαήμονος Μαινάλιος (Ἀρκὰς Ὀρεσθάσιος) Olympionica p. $144_{34}$.

468. Pindarus Ol. IX 57 sqq. Iovis et Protogeniae, Opuntis filii, nuptias Μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς factas esse fingit; natum Opuntem minorem, Locrorum Opuntiorum eponymum, quem adoptaverit Locrus.

Ante 467. Φόρμις Ἀρκὰς Μαινάλιος postquam in Sicilia apud Gelonem (a. 476 mortuum) et Hieronem (476—467) stipendia meruit, Delphis et Olympiae donaria dedicavit; Olympicorum artifices Διονύσιος Ἀργεῖος et Σίμων Αἰγινήτης. In equi latere versus: Φόρμις ἀνέθηκεν Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος. Paus. V 27; Preger 55.

464 = Ol. 78. Ἐφουδίων Μαινάλιος παγκράτιον Olympia vicit. Cf. Aristoph. Vesp. 1191. 1382 sqq. (Ὀλυμπίασιν ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγὼ [1383] Ἐφουδίων ἐμαχέσατ' Ἀσκώνδα καλῶς [1384] ἤδη γέρων ὤν· εἶτα τῇ πυγμῇ θενὼν [1385] ὁ πρεσβύτερος κατέβαλε τὸν νεώτερον). Cf. schol. 1191: ὁ ἐν ταῖς Ὀλυμπιάσι φερόμενος Ἐφουδίων Μαινάλιος οθ'. Cf. Hesych. Ἐφωδίων· Ἐρατοσθένης (chron. fr. 24 Mueller) διὰ τοῦ τ̄ Ἐφωτίων ἀναγράφει, Μαινάλιον περιοδονίκην παγκρατιαστήν· ὁ δὲ Πολέμων (FHG III 131, 52) διὰ τοῦ δ̄. Foerster *Sieger* 221.

c. 440. Olympionica Γνάθων Διπαιεὺς τᾶς Μαιναλίων χώρας Paus. VI 7, 9; v. p. $131_{50}$.

420 (et 416?) Νικοδάμου δὲ ἔργον τοῦ Μαιναλίου παγκρατιαστής ἐστιν ἐκ Μαινάλου, δύο νίκας ἐν ἀνδράσιν ἀνελόμενος, Ἀνδροσθένης Λοχαίου. Paus. VI 6, 1. Cf. Thuc. V 49: Ὀλύμπια - - οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. Foerster *Sieger* 267. 272. Hyde 8, 51.

418. Lacedaemonii ἐχώρουν ἐς Ὀρέσθειον τᾶς Μαιναλίας, inde Tegeam Thuc. V 64, 2. 3. Μαινάλιοι ad Mantineam Lacedaemoniorum socii Thuc. V 67.

± 400. Εὐθυμένης ἐκ Μαινάλου παῖδας, deinde ἄνδρας πάλην νικήσας Olympiae Paus. VI 8, 5 (Alypi statua, qui Lysandri anathematis Delphici anni 404 particeps erat) Foerster 290.

c. 392? *Inschr. Olymp.* 164. Ξενοκλῆς : Εὐθύφρονος Μαινάλιος ... Πολύκλειτος ἐποί(η)σε.

Μαινάλιος Ξενοκλῆς νίκασα Εὐθύφρονος υἱὸς
ἀπτὴς μονοπαλᾶν τέσαρα σώμαθ' ἑλών.

Paus. VI 9, 2 Ξενοκλῆς τε Μαινάλιος ἕστηκε παλαιστὰς καταβαλὼν παῖδας ... Ξενοκλέος δὲ τὸν ἀνδριάντα Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος. Iure suo Robert (*Herm.* XXXV 1900, 187 sqq.) et Hyde inter priora iunioris quam inter recentiora prioris Polycleti opera collocant; vide Polycleti prioris titulum: Foucart *Rev. phil.* XXVI 1902, 213 (ͱ argivum).

384? Foerster; 400—380? Hyde. Δαμοξενίδας Μαινάλιος πύκτης Olympionica; statuam fecit Nicodamus ὁ πλάστης ὁ ἐκ Μαινάλου Paus. VI 6, 3. *Inschr. Olymp.* 158: Νικόδαμος ἐποίησε. Δαμοξε[νίδ]ας Μαινάλιος Foerster *Sieger* 319. Aetas statuae paullo antiquior fuisse potest, cum Nicodamus iam a. 420 aut 416 statuam Olympiae fecerit (v. supra 420).

370. ἐκ Μαινάλου Εὐκαμπίδας, Ἱερώνυμος οἰκισταὶ Μεγάλης πόλεως αἱρεθέντες ὑπὸ Ἀρκάδων Paus. VIII 27, 2. Utrumque nomen Demosthenes inter Arcadum proditores habet; v. sub a. 338.

369. Arcadum decreto ἐκ Μαινάλου Megalopoli condendae attributae: Ἀλέα (corr. Ἀσέα), Παλλάντιον, Εὐταία, Σουμάτειον, Ἰασαία (hoc retinendum; cf. Ἴασον Atalantes patrem), Περαιθεῖς, Ἑλισσών, Ὀρεσθάσιον, Δίπαια, Λύκαια. Paus. VIII 27, 3.

368/7. Diod. XV 72 v. s. Parrasiis.

362. Aseatae et Pallantienses ad Mantineam seorsum pugnant, Xen. Hell. VII 5, 5.

362/1. E quinquaginta Arcadum δαμιοργοῖς tres sunt Μαινάλιοι n. 1.

361 vere Pallantium adhuc exstat; v. p. $45_{39}$.

361. Pammenes Thebanus (Maenalios), inter eos Λυκαιάτας, ad id tempus rebelles cogit ut Megalopolitanis obtemperent. Paus. VIII 27, 5. Cessavit deinde Maenaliorum gens; Maenalum oppidum testatur Pausanias; v. p. $131_{61}$; montem Μαίναλον iam Theocritus I 124. — Poëtis nomen summopere placuit graecis et romanis; notissimi Maenalii illi versus quos repetit octava Vergilii ecloga. Maenalus Lycaonis filius sceleratus propter Maenaliorum rebellionem fictus? Apd. III 98.

Saec. II p. Chr. Megalopolitanorum φυλὴ Μαιναλίων n. 463.

---

ΕΥΤΡΗΣΙΟΙ. Ante c. 420: Hesych. Εὔτρη· πόλις Ἀρκαδίας. Εὐτρήϊους τοὺς ἀπὸ Εὔτρης τῆς πόλεως τῆς Ἀρκαδίας. δωρικῶς δὲ εἴρηκε Τηλεκλείδης (Fr. Com. I 223, 57 Kock)· θέλει γὰρ εἰπεῖν Εὐτρησίους.

369/7. Εὐτρησίων Τρικόλωνοι Ζοίτιον Χαρισία Πτολέδερμα Κναῦσον Παρώρεια Megalopoli attributi Paus. VIII 27, 3.

367. Xen. Hell. VII 1, 29 ἐν τῇ ἐπ' Εὐτρησίους ἐκτροπῇ ... χωρίον ἐπίπεδον ἐν ταῖς συμβολαῖς τῆς τε ἐπ' Εὐτρησίων καὶ τῆς ἐπὶ Μηδέας ὁδοῦ.

362/1. In Phylarchi decreto n. 1 non commemorantur.

361. Pammenes Tricolonenses subegit Paus. VIII 27, 5.

---

ΚΥΝΟΥΡΙΟΙ. Κυνόσουρα· Steph. Byz. ἄκρα Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ· τὸ ἐθνικὸν Κυνοσουρεὺς καὶ Κυνοσουρὶς θηλυκόν. Aesculapius ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις (i. e. Gortyne) sepultus: p. $XVII_{129}$. Callimachus III 94 canes novit Κυνοσουρίδας. De Cynuria argiva olim sive arcadica sive ionica v. p. $VIII_{9}$. Nominis forma duplex pari Λυκοσούρας sive Λυκούρας explicatur.

369 sqq. Megalopoli condendae attributi ἐκ δὲ Κυνουραίων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Γόρτυς καὶ Θισόα ἡ πρὸς Λυκαίῳ καὶ Λυκαιᾶται καὶ Ἀλίφηρα.

362/1. Κυνούριοι δαμιοργοὶ quinque Phylarchum honoraverunt: n. 1.

361. Cynurii esse desierunt.

Alia quoque nomina arcadica gentium fuisse possunt, velut Ἀφείδαντες Tegeaticae, Ἡραιεῖς s. Ἐρϝαοῖοι, Ἐλισφάσιοι (v. res annorum 207. 189/8), Ὀρέσται; confer Αἰγύτας et Σκιρίτας, de quibus Arcades cum Lacedaemoniis litigabant.

---

Gentium vera nomina, Maenaliorum Parrasiorum reliqua, consulto neglexit foedus Arcadicum, cum anno 368 victoria de Spartanis parta heroum statuas Delphos mitteret. Immo ad Elatum Aphidantem Azanem tres illos genuinos Arcadis ex Eratone filios ἐν Ἀρκαδίᾳ genitos rediit; sed cum iam maior factus esset Arcadiae ambitus, Triphylum, Laodamiae Amyclantis filiae filium et Erasum Amilonis, Gongyli filiae assumpsit; illum Triphyliae eponymum, alterum, cum Amilus terrae sit Orchomeniae, et huius heroëm et vicini Stymphaliorum agri, ubi Erasinus oritur fluvius.[1]) Postea Triphylus, quem e libris novit Polybius, oblivione haustus est; neglexit stemma in Pausaniae Arcadicorum praefatione propositum, mirum illud quidem sed alio loco tractandum.

[1]) Alius νόθος Αὐτόλαος Thelphusiorum Paus. VIII 25, 11. Adde Ψωφῖδα (τὴν) Ξάνθου τοῦ Ἐρυμάνθου τοῦ Ἀρκάδος VIII 24, 1, et Διομένειαν Ἀρκάδος Mantineae VIII 9, 9.

Sed iam ad Arcadum nomen revertamus, cuius fata Arcadiae ipsius historiam aequant. Universa notemus, singula infra tractaturi. Arcades Arcadiamque septimo certe saeculo exstitisse Iliadis partes seriores quidem illae nec tamen spernendae docuerant; Arcades cum Pyliis pugnant. Sexto et quinto saeculo, imprimis quo tempore contra Lacedaemonios certabant, nummos Ἀρκαδικοῦ nomine insignes fecerunt, quae invitis doctis quibusdam interpretibus foederi attribuere non vereor. Victores Olympiae renuntiati sunt Stymphalii Heraeenses Mantinienses Maenalii Parrasii alii (v. Oxyr. Pap. l. l., imprimis sub anno 480, quo Arcades clari evaserunt); sed Maenalium victorem anni 420 etiam Arcadem dicere potuit Thucydides (V 49, coll. Paus. VI, 6, 1). Arcadum nomine etiam Pherecydes et Herodotus et Xenopho in anabasi saepe usi sunt, nec non Lacedaemoniorum magistratus, cum a. 377/6 duas exercitus partes appellarent Ἀρκάδας. Arcas heros iam in Epimenidis qui fertur libro c. a. 510 edito Panis est frater. Anno 364 Arcades multi in rationibus delphicis non ab urbibus sed simpliciter Ἀρκάδες appellantur, alii Φιγαλεῖς Ἀρκάδες, Μεγαλοπολῖται ἐξ Ἀρκαδίας (v. infra sub hoc anno). Arcadis heroïs ossa Mantinienses e Maenalo in forum urbis renovatae transportaverunt (oraculum apud Paus. VIII 9, 3. 4); imaginem a Mercurio portati nummis pulcherrimis impresserunt Pheneatae, cum Orchomenii eum Orchomeni sui filium dicerent, homines minime de Arcadia tota meriti (Duris FHG II 475, 26 ap. schol. Ap. Rh. IV 264). Foedus (κοινὸν) Arcadum annis 370—322 magnam certe addidit nomini gravitatem. Lycaeorum vero ludorum victores ultimis fere viginti saeculi quarti annis quot Arcades erant, hoc sub nomine omissis urbibus proclamabantur (n. 549 sq.). Item Delphis et quarto et tertio saeculo non pauci Arcades aut Soteriorum victores aut proxenia donati hoc nomine aut solo aut urbe adiecta usi sunt. Notabilis certe sed criticorum dubitationi nimiae obnoxia est Arcadum illa mentio in subscriptione Megalopolitanorum decreti anni 205, etiamsi scribae modo placuit Magneti Maeandri accolae. Iam tum Achaei facti erant Arcades, quod nomen usque ad Corinthum deletam retinebant, prisci haud immemores. Sero per Hadrianum imperatorem remotae antiquitatis studiosum et Mantineam in deliciis habentem Ἀρκάδων κοινόν feriarum gratia Antinoi in honorem celebrandarum revixit. Iam Pausanias qui ultimis Marci imperatoris annis scripsit, cum Ἀργολικὸν (VI 12, 9) συνέδριον commemoret, Ἀρκαδικόν quoque postulare videtur; paullo ante eum maior Peloponnesi pars Achaeorum κοινοῦ fuerat. Pausanias Aleam et Stymphalum ipse quidem sub Arcadia tractavit, sed sua aetate Argolidis fuisse testatur. Tertio saeculo Olympiae ager a Philostrato Arcadiae attribuitur, sexto Hierocles Elidem caput dicit Arcadiae; ac Cyparissia Messeniae occidentalis oppidum Nedae vicinum medio aevo nomen gerebat Arcadiae[1]).

[1]) Sed Stephani Ἀρκαδία παραθαλάσσιος πόλις Diodori XV 45, 3 χωρίον ὀχυρὸν παρὰ θάλασσαν, ὃ προσηγόρευον Ἀρκαδίαν Zacynthi insulae esse docuit Pinedo.

Nos Pausaniam sequimur, Arcadiam totam et singularum urbium vel oppidulorum fines cum eo qui unicum in hisce rebus fundamentum est circumscribimus. Quare Pallantium et Alipheram ut proprias tractamus urbes, sine fructu quidem, cum monumentis epigraphicis careant; Lasionem Andaniam Sciritidem alia excludimus et ea mehercule titulorum copia non abundantia.

---

**Arcades quinto maxime et quarto saeculo etiamsi Doriensium et Argivorum et Lacedaemoniorum vim perpessi erant αὐτόχθονες esse credebantur.** Argivorum dominii vestigia restant Iunonis cultus et Herculis fabula per plerasque Arcadiae partes propagata, iam octavo a. Chr. saeculo ut putant carmine argivo celebrata. Sed quae priores viri doctissimi de ipsius migrationis doricae vestigiis arcadiciis Clitore (p. $85_{52}$) Mantineae ($47_{28}$) Tegeae ($2_{3}$) obviis acute disseruerunt, nunc ut sera aetate in Spartanorum regum gloriam a Sosibio aliisque scriptoribus excogitata vel contaminata existimantur. Lacedaemonii cum primo a Tegeatis victi essent, deinde vicissent et Croesi fere aetate foedus peloponnesiacum stabilivissent, tamen singularum civitatium tribuumque leges institutaque fere intacta reliquerunt, nisi quod reges tyrannosque, si qui erant, expulerunt. Ac remanebat sermo ille arcadicus, Cypriorum dialecti similis, quae colonia ex Arcadia in Cyprum, imprimis Paphum, deducta explicabatur. Cuius sermonis, quem 'aeolicum' appellabant grammatici, monumenta satis speciosa exhibent tituli Tegeatici, Mantineae, Orchomeni, Stymphalii, Lusiatarum, Heraeae, Lycaei, aliorum locorum, saeculis quinto quarto, tertio (pauca secundo ineunte) compositi. Ac vel Alexandrinorum grammaticorum principi, Zenodotum dico, libri ab Arcadibus, et unus certe a Clitorio aliquo quarto saeculo sermone vernaculo conscriptus, in manus inciderant, unde ad illustrandum Homeri usum glossas aliquas excerpsit, hic illic nobis traditas. Sed cum post pugnam Leuctricam foedus arcadicum constitueretur, Atheniensem attico honorabant sermone (n. 1), qui etiam tertio saeculo Tegeatis placuit, cum de Thessalo honorando ageretur (n. 11); aliquantulum vel Aetolorum dialectum, sicut rei publicae instituta, apud Tegeatas paullo ante bellum Cleomeneum valuisse decreta quaedam (n. 10—13) demonstrant. Post Cleomenis mortem Tegeae quidem per aliquot annos sermo revixit arcadicus (n. 16). Sed iam quinto saeculo Xuthias Philachaei f. peregrinus sua lingua apud Tegeatas usus est (n. 159); ac mixto sermone quarto et tertio saeculo Lusiatae ut Achaeorum vicini, nec non Stymphalii in pacto cum urbe nescio qua sive arcadica sive achaica (n. 357, iam 351) usi sunt, antequam in Achaeorum foedus transirent, cuius altero saeculo Philopoemenis et Lycortae Megalopolitarum auctoritate decus columenque erant. Iam igitur volgata illa dorica dialecto tituli certe conscripti sunt, quam Iuliorum quoque et Claudiorum aetate Lycosurae aliisque locis invenimus. Quae si nobiscum reputaverimus, haud perperam iudicasse videbitur grammaticus ille a Strabone VIII 333 adhibitus, qui cum de priscis Peloponnesi incolis, aeolicis i. e. Achaeis et doricis, qui expulsis Ionibus remanerent, fusius disputasset, ita pergit: ὅσοι μὲν οὖν ἧττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο (καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελέως οὖσι καὶ οὐκ ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κλῆρον, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι ...) οὗτοι αἰολιστὶ διελέχθησαν, οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες et suae aetatis res ita describit σχεδὸν δέ τι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν.

Quare in indice quoque grammatico arcadicas cum doricis formas coniunctas quidem dabimus, sed notulis distinctas, eas quoque indicantes, quae proprie laconici sermonis vestigia quae se ferunt.

# II. DE REBVS PVGNA LEVCTRICA ANTERIORIBVS. LACEDAEMONIORVM PRINCIPATVS.

## A. DE FONTIBVS RERVM ARCADICARVM ANTIQVIORIBVS.

**Rerum arcadicarum cum carmina epica fontes sint antiquissimi, de iis pauca quamvis caute monenda erunt; totum argumentum peritioribus relinquimus.**

Cypriorum carmen totum in Cypridis deae laude versari cum Welckerus (*Ep. Cycl.* 154) censuisset, nihilominus vero ne iusto plures res Cypri insulae proprias in illo carmine quaereremus praemonuisset, tamen summi momenti fore elucet, si bellum Teuthrantium, Telephi et Achillis pugnam, cui parvae Iliadis Eurypylus Neoptolemusque respondent, apud Cyprios vel a poëta Cyprio primum cantata esse probaretur. Cyprii igitur et maxime Paphii Agapenorem Ancaei filium Tegeatam, qui in Cypriis inter Helenae procos et in Nostis et ex iis etiam in Iliadis navium catalogo apparet, regiae Paphiorum stirpis auctorem, cuius et Laodice fuit ex anathemate tegeatico (p. $2_{23}$) nota, et Telephi res, quae etiam cum Orestae fabula argiva et arcadica coniunctae sunt, tractasse videntur; neque ex Arcadia inculta illa rudique terra, sed e Cypria urbe Telephi nomen et fabula ad Caïcum translata est, ubi Teuthraniae domini eam receperunt. E carminibus illis Arcades ipsi postea suas res didicerunt; hinc sive ex Euripide Scopas Parius pugnam ad Caïcum commissam, Telephi et Auges fata in fastigio metopisque templi tegeatici anaglyphis expressit[1]).

[1]) Cypriis etiam Agamemnonis et Teuthidis res narratas fuisse olim credebant; sed vide infra de Callimacho.

Telegonia secundum Proclum τὰ περὶ Τροφώνιον καὶ Ἀγαμήδην καὶ Αὐγέαν continebat, quae Ulixes in Elide apud Polyxenum audivisse videtur. Fabula hic elea, a posterioribus etiam Stymphalum et Mantineam translata; cf. Characem. Welcker *Ep. Cycl.* II 305.

Difficilius est de Thebaide, Epigonis aliisque carminibus quae ad Thebas spectant ita agere, ut arcadicas fabulas heroësque inveniamus, cum et Arionis equi patria utrum iam tum Thelphusa Arcadiae oppidum an Boeotia fuerit et Parthenopaeus Atalantae filius Argivusne an Arcas tunc habendus sit dubitetur.

Eo certius vero affirmare licebit, poëmata epica quae de Argonautis et de venatione Calydonia agebant, unde logographi et seriores poëtae Apollonii aliique pendebant, heroum tegeaticorum meminisse eorumque stemma, cuius origines iam Ilias Cypriaque exhibebant, auxisse; quo factum est, ut Tegeatae iam potiorem in genealogiis arcadicis quas Apollodorus, Pausanias, alii praebent, locum obtinerent.

Cum haec carmina originem asianam prae se ferant, in ipsam Peloponnesum deducimur Heracleïde prisca in Argolide fortasse iam octavo saeculo composita, qua heros Tirynthius dicitur aprum Erymanthium sive Psophidium, avesque Stymphalias domuisse. Quando alia facinora addita sint, hoc loco quaerere nolumus. Phenei traditur bellum Eleum parasse, in Pholoë monte centauros trucidasse, Tegeae Auge Alei filia compressa Telephum genuisse. Serioribus mythographis (Herodoro Matridi aliis) qui fabularum miram varietatem in unum certumque ordinem redigere studebant, Arcades fidelissimi erant Herculis socii, quales Tegeatae iam apud Alcaeum contra Lacedaemonios traduntur. Haec Argivorum maxime bella referre videntur. Quando Heraclidarum reditus fabulis exornabatur, Tegeatarum rex dicebatur Hyllum Herculis filium certamine singulari superasse[1]), eam nimirum ob causam, quia Tegeatae Spartanis diu fortiter restiterunt.

[1]) Cf. iam Herodotum IX 26, ubi Echemus ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς (Τεγεητῶν) dicitur.

Nec Nestoris proelia quae contra Epeos et Arcades commisisse fertur procul a Peloponneso ceperunt originem, etiamsi carmina illa, quae in Iliadem (VIII. XI) transierunt, apud Nelidas Milesios et Colophonios declamata esse sumimus. Quae carmina Herculem Nelidarum hostem iam noverunt (Λ 691). Fabulae rebus gestis respondere videntur; saepe in Triphylia quae postea dicebatur inter orae maritimae accolas et montium vicinorum gentes pugnatum esse posteriora saecula docent.

Fabularum vero farraginem genalogicum quod et Hesiodeum vocamus epos composuit atque digessit. Hesiodeus poëta Pelasgi hominis primitivi, quem Argivorum fabulae celebraverant, filium fecit Lycaonem, Iovis Lycaei montisque homonymi (et Lycaonum tribus si qua Parrasiae montes incolebat) nomen referentis, Lycaonisque filios enarravit, inter eos Pallantem (fr. 43. 44 Rz. 1902), quem posteri

certe, si non ipse, cum Pallantii oppidi eponymo composuerunt. Hesiodi num quinquaginta filiorum caterva fuerit apud Apollodorum obvia, inter quos et arcadicarum urbium et peregrinarum gentium eponymi et nomina mere poëtica inveniuntur ita enumerata, ut ordine non mutato facillime hexametros restituere possis, iam alio loco quaesivimus (p. $140_{22}$). Hesiodus igitur seriorum auctorum hariolationibus, quas de Pelasgis ex Arcadia ortis commentiti sunt, ansam praebuit. Callistonis quoque quae nondum Lycaonis filia sed nympha dicitur, et Arcadis eponymi fabula Hesiodo placuisse, sed catasterismus postea demum adiectus esse videtur. Eoeis et Coronidis Aesculapiique, ubi Ἴσχυς Εἰλατίδης referebatur Thessalus (v. Wilamowitz *Isyllos* 60) sive ut apud Pindarum (Ol. VI) aliosque Arcas [1]) Apollinis aemulus inducebatur, (et Orestae herois arcadici? cf. p. 144) fata in Delphici dei honorem declamata esse, nec non Echemum Tegeatam a Timandra Clytaemestrae Helenaeque sorore turpiter derelictum — Phyleum enim Dulichii regem praetulerat — novimus. De Cyllene vero sive Atlante monte Atlantisque filiis, gentium et peloponnesiacarum et boeoticarum auctoribus, iam alio loco egimus [2]). Etiam Aepytum 'τῶν Ἀρκαδικῶν ἡρώων', qui Tlesenorem Pirithoumque genuisset (fr. 113), Cyllenes accolam commemoravit, ut ab eo Βοιωτίαν homericam pendere coniceres. Atalanten vero heroinam, quam posteri inter principes Arcadum habebant, Schoenei, non Iasi filiam boeotiamque fecit Hesiodus (fr. 20—22; Robert *Herm.* XXII 445 sqq.).

[1]) Hymn. Homeri in Apoll. 210 Ἀζαντίδα κούρην (Ἀτλαντίδα cod.) dicit ab Apolline simul cum Ἴσχυι Ἐλατιονίδῃ amatam. [2]) Τηϋγέτη Lacedaemonem, Ἠλέκτρη Dardani mater Troadem, Ἀλκυόνη Hyriei mater et Κελαινὼ Lyci mater Boeotiam, Ἀστερόπη (— Στερόπη) Oenomai mater Elidem, Μερόπη Sisyphi mater Corinthum indicant; Μαῖα Mercurii dei Cyllenii mater est; ipsius Arcadiae postea demum apud Tegeatas et Mantinienses addita Μαῖρα; de Calypsone aliisque cf. Wernicke *Realenc.* I² 2122.

Ex similibus poëtis Asius quidem Samius Pelasgum autochthonem in montibus (Arcadiae, ut recte censuit Meyer *Forsch. alten Gesch.* I 54) natum, et Callistonem Nyctei filiam, i. e. Lycaonis neptem (fr. 2 ap. Apd. III 100) novit, Eumelus Lycaonis filiam Callistonem fr. 14; cum de Elato et Aphidante ex Chrysopeleae filiis [fr. 15] dubitetur). Quibus Epimenidis, qui circa annum 510 scripsit, de Pane Arcadeque geminis Iovis et Callistus filiis testimonium (Diels *Vorsokr.* II³ 192, 16) addo. De Melampodia vero iam ad Lusorum nec non Psophidis res verba fecimus (p. $93_{73}$ et $99_{65}$).

Arcadiae situm, qualis fere septimo ineunte vel medio aevo fuerit, navium catalogus edocet, qui fontem geographicum (cf. Niese *Der homer. Schiffskatalog* 1873, Nilsson Κατάπλοι, *Rhein. Mus.* LX 1905, 161 sqq.) et excerpta ex Iliade, Cypriis aliisque carminibus epicis facta composuit. Ipse redactor Graeciam totam parum, Arcadiam omnino non novisse videtur. Saeculi septimi parti priori adscripsit Nilsson.

B 603 sqq.: οἳ δ' ἔχον Ἀρκαδίην ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπύ. [604] Αἰπύτιον παρὰ τύμβον, ἵν' ἀνέρες ἀγχιμαχηταί, [605] οἳ Φενεόν τ' ἐνέμοντο καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον [606] Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην, [607] καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινήν, [608] Στύμφηλόν τ' εἶχον καὶ Παρρασίην ἐνέμοντο, [609] τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο πάϊς κρείων Ἀγαπήνωρ [610] ἑξήκοντα νεῶν· πολέες δ' ἐν νηῒ ἑκάστῃ [611] Ἀρκάδες ἄνδρες ἔβαινον ἐπιστάμενοι πολεμίζειν. [612] αὐτὸς γάρ σφιν δῶκε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων [613] νῆας ἐϋσσέλμους περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον, [614] Ἀτρεΐδης, ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.

[603] De Cyllene et Aepyto v. supra. || [604] spurius? Nauck sine probabili causa. || Cf. schol. Ε 785 τινὲς δὲ Ἀρκάδα φασὶν εἶναι τὸν Στέντορα καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ πλάττουσι περὶ αὐτοῦ στίχους. || [605] Ὀ. πολύμηλον. hinc oraculi illa de Argivis οἳ τὸ μεσηγὺ Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου Anth. Pal. XIV 73 (Hendess Orac. gr. 178). || [606] Strab. (= Apd.) VIII 388 τῶν δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων· ''Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην' εὑρεῖν τε χαλεπόν, καὶ εὑροῦσιν οὐδὲν ὄφελος διὰ τὴν ἐρημίαν. Paus. VIII 25, 12 οἱ δὲ ἥγηνται τὴν Ἐνίσπην καὶ Στρατίην τε καὶ Ῥίπην τὰς ὑπὸ Ὁμήρου κατειλεγμένας γενέσθαι νήσους ποτὲ ἐν τῷ Λάδωνι ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκουμένας, ἃ οἱ πεπιστευκότες μάταια ἴστωσαν· οὐ γὰρ ἄν ποτε οὐδὲ νηῒ παρισουμένας πορθμίδι παράσχοιτο ὁ Λάδων νήσους etc. Steph. Byz. Ἐνίσπη, πόλις Ἀρκαδίας 'καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην'. νῦν δ' οὐκ ἔστι. φασὶ δὲ ἢ τῆς Κλειτορίας γῆς εἶναι ἢ τῆς Ψωφῖδος etc. id. Ῥίπη· Ἀρκαδικὴ πόλις. βαρύτονον. id. Στρατία· βαρυτόνως, Ἀρκαδικὴ πόλις. Ὅμηρος· Ῥίπην — Ἐνίσπην. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Φενεοῦ. || Desunt Clitor Psophis Thelphusa Heraea, ut de minoribus taceam; neglecti Maenalii aliaeque gentes. Agapenor e Cypriis Nostisve fluxit. || Locos hic commemoratos non urbes moenibus cinctas, sed συστήματα δήμων fuisse iam ad Tegeam Mantineamque monuimus (p. $1_{23}$. $47_{19}$). Arces parvas profugis refugium praebuisse consentaneum est, velut φυλακτρίδα et ἔρυμα Tegeatarum, πτόλιν Mantiniensium, Aleam, alias; circa eas vici plus minus large patebant. Arx maior fuit Orchomenus, cuius reges secundum Heraclidem Ponticum σχεδὸν πάσης Ἀρκαδίας ἦρξαν (v. infra). || [612–614] Ζηνόδοτος ἠθέτηκε, defendit schol. ut necessarios.

Sera aetate Homerus dicebatur in Arcadia apud Creophylum esse mortuum (Tzetz. Chil. XIII 658), quae cum Atlante Homeri et Hesiodi proavo (Suid. Ἡσίοδος), Atlante Hesiodi praeceptore (Tzetz. Chil. XII 175), Orpheo Arcade (Suid. Ὀρφεύς, cui adde Bacidem: p. $66_{81}$), Stesichoro Pallantino deinde Catanam emigrante (Suid. Στησίχορος, v. Wilamowitz *Sappho u. Simonides* 236 sq.) composuit Welcker *Ep. Cycl.* I 226 sq.

De hymnis qui sub Homeri nomine feruntur in Mercurium et Panem compositis iam ad Cyllenen paucis egimus (p. $82_{127}$. $83_{14}$). Quibus Alcmanis hymnum Iovi Lycaeo dedicatum et parthenium iam ad Heracleidem commemoratum addimus. Quinti saeculi poëtas lyricos, Pindarum et qui fertur Simonidem, cum ad sui maxime aevi res saepissime adhibiti sint, hoc loco terere nolo.

Poëtas genealogicos secuti logographi et alii auctores pedestri sermone fabulas retractaverunt. Hecataeus Auges Telephique res (fr. 345), Herculisque certamina (fr. 344 de apro Erymanthio) narravit; idem Ἀρκαδικὸν δεῖπνον describens lib. III γενεαλογιῶν fr. 356 μάζας φησὶν εἶναι καὶ ὕεια κρέα, et urbem Μαντίνην commemoravit (fr. 93). Pherecydes Atheniensis περὶ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ βασιλευσάντων [1]) a Dionysio Halicarnassensi I 13 citatur: 'Πελασγοῦ καὶ Δηιανείρης γίνεται Λυκάων· οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην, Νηΐδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος ἡ Κυλλήνη καλεῖται'. ἔπειτα τοὺς ἐκ τούτων γεννηθέντας διεξιὼν καὶ τίνας ἕκαστοι τόπους ᾤκησαν, Οἰνώτρου καὶ Πευκετίου μιμνήσκεται etc. Quibuscum c. 11 dubitanter coniungit E. Meyer *Forsch.* I 64 adn. 3: Φορωνέως μὲν γὰρ Νιόβη γίνεται· ταύτης δὲ υἱὸς καὶ Διός, ὥς λέγεται, Πελασγός· Αἰζειοῦ δὲ υἱὸς Λυκάων· τούτου δὲ Δηϊάνειρα θυγάτηρ· ἐκ δὲ Δηϊανείρας καὶ Πελασγοῦ Λυκάων ἕτερος· τούτου δὲ Οἴνωτρος, ἑπτακαίδεκα γενεαῖς πρότερον τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσάντων.

Ita fabulae argivae coniunguntur cum arcadicis. Filiorum nomina potius cum Apollodori bibliotheca (et Hesiodo?) quam cum Pausania (VIII 3) congruere censeo; (contra Vollgraff De Ovidii mythopoeia 29 sqq.). Quot alios reges arcadicos noverit Pherecydes, ignoramus. Fabularum arcadicarum et laconicarum copiam similiter atque Hesiodus et postea Apollodorus duobus locis, partem a Pelasgo, partem ab Atlante incipiens tractavisse videtur (Mueller FHG I 92. 93: lib. IX. X). Callistoni, quam Cetei dixit filiam (fr. 86), prolem iam supra vidimus, et quatenus cum stemmate ab Euripidis scholiasta (Or. 1646) congruat quaesivimus. Arcadiae fines latius circumscripsit, cum Phrixam urbem ab Olympia non multo distantem (fr. 117; v. Wilamowitz *Isyllos* 176), Oechaliam (fr. 34, ubi ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας corruptum; Ἰθώμῃ Clavier) arcadicas appellaret. De Oreste et Oresteo v. p. 144.

[1]) Librorum titulis illa aetate parum tribuendum est: v. Wilamowitz *Herm.* XIX 1884, 443.

Proximus est Hellanicus, cuius liber περὶ Ἀρκαδίας semel citatur (fr. 59 de Cepheo, cf. Jacoby *Realenc.*² VIII $132_{32}$). Hic Maenalum novit Lycaonis filium (f. 60), Atalantam Iasi filiam Milanionis uxorem arcadicam praedicat (schol. Ap. Rh. I 769), Parthenopaeum horum filium; Milanio dicitur Ἀμφιδάμαντος τοῦ Ἐπόχου τοῦ Ἀργήπου (an Ἀερόπου? sed cf. Ἄληθπος, Μέθαπος) τοῦ Κηφέως τοῦ Ποσειδῶνος (schol. Eur. Phoen. 150). Proprios Ἀτλαντικῶν libros composuit, quibus Hesiodi stemma exornavit; cf. schol. Σ 486, Hunt Oxyr. Pap. VIII 71 sq., 1084.

Addo Hippyn Rheginum qui Arcades προσελήνους dixisse dicitur a Suida s. v. Ἀρκαδία, quam observationem Wilamowitzius cum in doctissimo Apollonii scholio IV 264, ubi tot auctores, Eudoxus, Theodorus, Aristeas, Dionysius, Mnaseas, Aristoteles Duris, ἔνιοι, Xenagoras enumerati essent, desideraretur, haud sine probabilitate cum ceteris fragmentis pro ficticia habuit (*Herm.* XIX 1884, 447), ne quis vetustam ibi profundamque doctrinam desideraret.

Nec prorsus ab his divelli potest Herodotus rerum priscarum auctor, qui multa a poëtis epicis et ab Hecataeo aliisque fontibus, velut Delphorum sacerdotibus et interpretibus (cf. Tegeatarum res p. $2_{84}$ sqq.), quaedam Pitanae a Tisameni vatis posteris acceperat (IX 35, v. Wilamowitz *Isyllos* 181). Arcades dicit Pelasgos: I 146 Ἀρκάδες Πελασγοὶ coloniae ionicae participes (cf. Πελασγήους φυλῆς Βεμβινέων *Brit. Mus.* III p. 71) et αὐτόχθονας (VIII 73 οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά, τούτων δὲ τὰ μὲν δύο αὐτόχθονα ἐόντα κατὰ χώρην ἵδρυται νῦν τε καὶ τὸ πάλαι [οἴκεον], Ἀρκάδες τε καὶ Κυνούριοι. Cum igitur Cereris sacra ex Aegypto attulissent Danai filiae (II 171) διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας, μετὰ δὲ ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων ἐξαπώλετο ἡ τελετή, οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες διέσῳζον αὐτὴν μοῦνοι. De Heraclidarum reditu Echemoque Tegeata iam supra egimus.

A poëtis epicis tragici quoque pendent, quamquam hic illic traditas priscorum fabulas mutaverunt. Aeschylus Μυσοῖς non solum Caïcum Teuthraniaeque res, sed etiam Tegeaticae Telephi patriae vicos velut Οἶον commemoravit; Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Parthenopaeum Ἀρκάδ', Ἀταλάντης γόνον (527), Ἀταλάντῃ ipsam matrem eius induxit. — Sophocles Ἀλεάδαις Auges et Telephi infantis fata (Alcidamas Ulixe 185), Μυσοῖς posteras Telephi res seriores (Hygin. fab. 99. 100; cf. Robert *Jahrb.* II 1887, 246; III 53), Τηλέφῳ σατυρικῷ (IG XII 1, 125) faceto stilo enarravit, iuvenis Αἴαντι et Ἰχνευταῖς σατύροις Panis et Mercurii deorum Cylleniorum meminit (p. 82sq.), senex Oedipode Coloneo 1320 Parthenopaeum sicut Aeschylus Arcadem novit; Ἀλκμέωνι heroem Psophidium. — Euripides Ἀλκμέωνι διὰ Ψωφῖδος et Τηλέφῳ a. 438 simul actis duo argumenta arcadica tractavit; hac heroëm fecit volneratum, Graecos adeuntem, Orestem rapientem, Achillis pilo sanatum, Graecis iter monstrantem; Αὔγῃ (post a. 415) huius et Herculis nuptias Telephique partum; Electra (a. 413) et Oresta (a. 408) Oresteum oppidum ab Oresta in Arcadia conditum (p. 144). Nec parvi momenti Atalante (ante a. 415) fuisse videtur, qua arcadica virgo aliique heroës arcadici, velut Ancaeus, venationis Calydoniae partem cepisse ferebantur; summam enim Euripidis apud posteros auctoritatem Scopas quoque in templo Minervae Aleae exornando secutus esse videtur. Phoenissis (a. 411—409) Atalantae filius diserte Ἀρκάς, οὐκ Ἀργεῖος dicitur; quod contra alios scriptores poëtasque, inter eos etiam Arcadem ipsum, Aristarchum Tegeatam (Spiro Eur. Phoen. 28sqq.), dixisse putatur.

Multas et alias tragoedias novimus et comoedias ex arcadicis fabulis haustas, velut Achaei Eretriensis, Sophoclis fere aequalis, Azanes, quibus Iovis Lycaei cultus Lycaonisque scelus, et Alphesiboeam, Alcmeonis uxorum illustravit; Astydamas tragicus Παρθενοπαῖον et [Λυκά]ονα a. 341/0 docuit (IG II 973, Wilhelm *Urk. dram. Auff.* 40 etc.); Amphis comicus Callistonem composuit, alii alia. Pauca ex his novimus, nec veri est simile ad mythographos multa ex horum pervenisse memoria, cum Euripidis argumenta, etiam deperditis fabulis ipsis, cetera omnia longe superassent. Ipsi Arcades Tegeae, Mantineae, Phigaleae, Megalopoli theatra condiderunt, nec deest histrionis donarium Tegeatae (n. 118).

## B. RES ANNORVM FERE 550–371 A. CHR.

Spartani cum Arcadiam aggrederentur, primo a Tegeatis victi sunt, deinde vicerunt, sed ita, ut superatis honores concederent. Quo tempore Croesus cum Lacedaemoniis ut Graeciae principibus foedus quaerebat (c. a. 554), Arcades iam foedere Peloponnesiaco iuncti erant. Nec tamen certi et fideles erant socii, cum oppida et ἔθνη montibus divisa inter se certarent, et, nisi summa pericula externa imminebant, semper vicinus vicino inimicus esset, Tegeatae cum Mantiniensibus, Mantinienses cum Orchomeniis, omnes cum gentibus qui montes Maenalios Parrasiosque incolebant aut de aquis aut aliis de rebus rixas diuturnas haberent. Temporibus pugnae Marathoniae cum Messenii Aristomene duce seditionem contra Spartanos movissent, Hiram arcem in monte alto sitam per viginti duos annos defenderent, ab Arcadibus adiuti esse videntur; quos Cleomeni regi e Thessalia reduci (c. a. 489) ut contra patriam suam convocaret iam erat in animo (p. $83_{71}$).

Restat lubrica de bello Aristomeneo et Aristocrate rege sive Orchomenio sive Trapezuntio quaestio, quam post Schwartzii de Tyrtaeo iudicium (*Herm.* XXXIV 1899, 428sqq.) et Wilamowitzium (*Textgesch. gr. Lyr.* 1900) et tot alios nos quoque (*Hira und Andania* 1911, 9sqq.) attigimus. Cum enim Plato Legibus III 692. 698 bellum Messenium causam fuisse dixisset, cur Lacedaemoniorum auxilio destituti essent Athenienses in pugna Marathonia, huc referre placuit bellum Aristomeneum a Callisthene apud Polybium IV 33 commemoratum, a Rhiano tertii saeculi poëta decantatum, quod Pausaniae auctor Rhiano recentior ad bellum alterum septimo saeculo gestum rettulerat, consentiens quidem cum (Apollodoro) Strabonis (VIII 362) fonte, sed plane contrarius Rhiano, quem de Aristomenis familia vera tradere divinaverat Schwartz, demonstravisse videntur Wilamowitz et Hiller. Stemma Aristomenis sicut Rhianum accepisse arbitror hic propono in paucis emendatum, cum libri mei p. 12 error irrepserit (cf. Paus. IV 14, 7. 24, 1).

Νικομήδης ⌣ Νικοτέλεια

- Ἀριστομένης post a. 490 Hira expulsus
  - Γόργος Anaxila rege (494—476) Rhegium profectus
  - filia × Δαμοθοίδας[1]) Λεπρεάτης
  - filia × Δαμάγητος Ἰαλύσιος
    - Διαγόρας vicit Olympiae a. 464, antea Lycaea Pind. Ol. VII
      - Δαμάγητος vicit a. 452. 448
      - Ἀκουσίλαος vicit a. 448
      - Δωριεύς vicit a. 432. 428. 424. † 395
  - filia × Θεόπομπος Ἡραιεύς Olympiae vicit a. 504. 500
- Ἁγναγόρα × 1) Εὐεργετίδας × 2) Θᾶρυξ Φιγαλεύς v. p. $106_{83}$ et n. $419_{7}$ (c. a. 240)

Δαμάρατος Ἡραιεύς Olympiae vicit a. 520. 516
- Θεόπομπος Ἡραιεύς Olympiae vicit a. 504. 500
  - Θεόπομπος Ἡραιεύς Olympiae vicit a. 484. 480

[1]) Δἄμό-θοος ut Δἄμό-λας? cf. Bechtel-Fick *GP* 90.

Hoc igitur bello Aristomeneo, quo Hira arx per viginti duos annos obsessa denique a Leutichida Spartanorum rege (mortuo a. 476) expugnata est, pugna fuit ad Μέγαν Τάφρον, qua Callisthene auctore Aristocrates rex Messenios prodidit: Polyb. IV 33 Ἀρκάδες ἀναζητήσαντες τὴν Ἀριστοκράτους τοῦ βασιλέως προδοσίαν ἐν τῇ μάχῃ τῇ καλουμένῃ περὶ Τάφρον αὐτόν τ' ἀνεῖλον καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν ἠφάνισαν, stelamque in Lycaeo dedicaverunt, cuius epigramma regem proditorem dixit, nomen patriamque reticuit (p. $140_{33}$sqq.). Praeterea Messenios profugos ὁμεστίους ἐποιήσαντο καὶ πολίτας, ἀλλὰ καὶ τὰς θυγατέρας ἐψηφίσαντο τοῖς ἐν ἡλικίᾳ διδόναι τῶν Μεσσηνίων. Regem illum Aristocratem nominaverunt fontes duo inter se diversi; alter Trapezuntium (Paus., fortasse iam Ephorus, cf. p. $128_{34}$), alter Orchomenium: (Apollodorus apud) Strab. VIII 362 de Spartanis et Messeniis: τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησι Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι· τὴν δὲ δευτέραν (καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ Ἠλείους [? desideratur καὶ Ἀρκάδας] καὶ Πισάτας ἀπέστησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριστοκράτην τὸν Ὀρχομενοῦ βασιλέα παρεχομένων στρατηγόν, Πισατῶν δὲ Πανταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος), ἡνίκα φησὶν αὐτὸς στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις. Ubi ea quae nos uncis inclusimus cum Tyrtaei esse censuisset C. O. Mueller *Dorier* I 149, 3, nunc Busolt *Gr. Gesch.* I² 606, 5 et Wilamowitz *Textgesch. gr. Lyr.* 104 ab eo aliena esse ducunt nec quarto saeculo anteriora. Re vera Aristocrates quidam Orchomeniorum rex septimo saeculo traditur ab Heraclide Pontico apud Diog. L. I 94 vixisse, cuius stemma hic subieci:

Ἀριστοκράτης Ὀρχομενοῦ τύραννος
- Ἐρισθένεια
- Ἀριστόδημος hic et pater: σχεδὸν πάσης Ἀρκαδίας ἐπῆρξαν

Κύψελος, Κορίνθου τύραννος c. 657—627
- Περίανδρος c. 627—586 ⌣ Λυσιδίκη (Μέλισσα)

Προκλῆς Ἐπιδαύρου τύραννος ⌣ Ἐρισθένεια
- Λυσιδίκη (Μέλισσα)

Sed huic Aristocrati filius successit, nec sepulcri honore privatus est, cuius tumulum ipse Pausanias commemorat (p. $68_{23}$). Num hoc proditorem sapit cum stirpe tota excisum? Minime hoc quidem; sed seriori aevo μισοτυράννῳ huius ut Periandri aliorumque memoriam calumniis carpere placuit[1]). Si quis autem coniecerit Aristocratis illius posteros usque ad quinti saeculi initium Orchomeni regnasse ac tunc demum non sine Spartanorum auxilio eiectos esse, non refragor. Epigramma vero aut quinto saeculo ineunte aut post Magnam urbem conditum est.

[1]) Alia de tyrannis Orchomeniis commenta habes p. $68_{45}$; de aetate dubitare licet.

480. Thermopylis Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὁπλῖται καὶ Τεγεητέων καὶ Μαντινέων χίλιοι, ἡμίσεες ἑκατέρων, ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίης εἴκοσι καὶ ἑκατόν, καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίης χίλιοι· τοσοῦτοι μὲν Ἀρκάδων. Hdt. VII 202. — Deinde inter eos, qui ad Isthmum erant βοηθήσαντες πανδημεί, enumerantur Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Ἀρκάδες πάντες aliique VIII 72. Praeterea

transfugae aliqui apud Xerxem erant: VIII 26. Arcades multi Olympiae vicerunt: Dromeus Stymphalius, Theopompus et ...φάνης Heraeenses, Dromeus Mantiniensis. Pap. Oxyr.

479. Pugna ad Plataeas. Hdt. IX 28. τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι ... προσεχέας δὲ σφίσι εἵλοντο ἑστάναι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς· τούτων δ' ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντακόσιοι ... (post alios) Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι ... (post alios) Λεπρεητῶν διηκόσιοι. — c. 77: Μαντινῆς (p. $47_{94}$) sero post victoriam venerunt. — In anathemate delphico (IGA 70) enumerantur Τεγεᾶται (quarto loco), Ἐρχομένιοι Λεπρεᾶται. Item in basi Iovis Olympiae dedicata (Paus. V 23, 1 sqq.): ἀνέθεσαν δὲ Ἑλλήνων ὅσοι Πλαταιᾶσιν ἐμαχέσαντο ἐναντία Μαρδονίου τε καὶ Μήδων ... Ἀρκάδων δὲ Τεγεᾶταί τε καὶ Ὀρχομένιοι ... Λεπρεᾶται μὲν τῶν ἐκ τῆς Τριφυλίας μόνοι.

Post 479. Synoecismi (Apollodorus ap.) Strab. VIII 336: Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις οὔπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον, ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο ... ὀψὲ δέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν νῦν πόλιν Ἦλιν, μετὰ τὰ Περσικά, ἐκ πολλῶν δήμων. σχεδὸν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους τοὺς κατὰ Πελοπόννησον πλὴν ὀλίγων, οὓς κατέλεξεν ὁ ποιητής, οὐ πόλεις, ἀλλὰ χώρας ὀνομάζει, συστήματα δήμων ἐχούσας ἑκάστην πλείω, ἐξ ὧν ὕστερον αἱ γνωριζόμεναι πόλεις συνῳκίσθησαν, οἷον τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων, Τεγέα δ' ἐξ ἐννέα, ἐκ τοσούτων δὲ καὶ Ἡραία ὑπὸ Κλεομβρότου ἢ ὑπὸ Κλεωνύμου· ὡς δ' αὔτως Αἴγιον ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη, Δύμη δὲ ἐξ ὀκτώ· οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη ... E quibus Elis anno 471, Mantinea annis ante 459, Heraea aut 371 aut postea contractae sunt; Tegeam inter annos 479 et 473, ante Arcadum contra Spartanos bellum, conditam esse probabile est. Cf. sub singulis urbibus.

Tegeae synoecismum omnes quantum scio priori aetate attribuerunt; Mantineae quoque sexto saeculo tribuit Beloch I $1^2$ $335_4$. Neque quisquam nescit, quid sexto saeculo utraque civitas praestiterit; quaeritur quantum apud Arcades intersit inter ἔθνος et σύστημα δήμων et συνοικισθεῖσαν πόλιν, et quando quaeque civitas ex una in alteram condicionem transierit. Cf. p. 1 sq.

472. Unus Arcas Olympiae vicit Τέλλων Ὀρεσθάσιος p. $144_{34}$.

c. 472/1. Lacedaemoniorum victoriae, quibus Tisamenus Iamides vates intererat: 1) ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε καὶ Ἀργείους γενόμενος (ἀγών), 2) μετὰ δὲ ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας πλὴν Μαντινέων (sequitur ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ). Hdt. IX 35 quam rem auxit orator Isocrates VI 99: ἀναμνήσθητε δὲ τῶν ἐν Διπαίᾳ πρὸς Ἀρκάδας ἀγωνισαμένων, οὕς φασιν ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξαμένους τρόπαιον στῆσαι πολλῶν μυριάδων.

468 aestate. -ημος Παρράσιος Olympia vicit: pap. Oxyr. Pindari carmen Olympicum VI in honorem Hagesiae Syracusani Iamidae compositum demonstrat, Iamidas Stymphalios tunc originem affectasse lacedaemoniam. v. Wilamowitz *Isyllos* 162 sqq.; Meyer *Gesch.* III § 285 adn.[1]). Tegeatae (nisi Teneatae substituendi sunt: p. $3_{32}$) cum Argivis et Cleonaeis Mycenas debellaverunt: Strab. VIII 377.

[1]) Arcadiae fines versus Olympiam latius tunc patebant. Φαισάνα ad Alpheum sita, Aepyti Elatidae (Εἰλατίδα) sedes (Pind. l. l. 33), eadem quae Φαιστός ... ἡ πρότερον Φρίξα καλουμένη (Steph. Byz. Φαιστός, v. Wilamowitz *Isyllos* 176), ἡ δὲ Φρίξα κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ', Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει (Steph. Byz. Φρίξα).

468/7. ἄρχοντος Θεαγενίδου terrae motus Spartam devastavit, Messenii belli causa. (Philochorus? ap.) schol. Ar. Lys. 1144. v. Wilamowitz *Aristoteles* II 295. Diodorus XI 63 sq. rem iam sub archonte Phaeone (immo Apsephione) a. 469/8 refert. Bellum δεκάτῳ ἔτει (Thuc. I 103; Diod. XI 64 ἐπὶ δ' ἔτη δέκα) dissolutum. Arcades hoc bello Messeniis opem tulerunt: Strab. VIII 355: τῶν Ἀρκάδων συμπολεμησάντων τοῖς Μεσσηνίοις, exceptis certe Mantiniensibus (Xen. Hell. V 1, 3).

Ante 468. 467. 464. Lycaea (p. $140_{45}$) vicerunt quos Pindari carmina Olympica VII. IX. XIII, Nemeum X celebrant. De Ἀρκαδικοῦ nummis a nonnullis ad Lycaea relatis v. p. $140_{55}$.

464. Olympia vicerunt Ephudio Maenalius; Pytharchus Mantiniensis. Robert *Herm.* XXXV 1900, 141 sqq.

c. 460. Elei et Lacedaemonii Minyarum oppida in Triphylia sita vastaverunt, Pylum εἰς τὸ Λέπρεον συνῴκισαν. Hdt. IV 148. Xen. Hell. III 2, 23. Strab. VIII 355. Niese *Genethliakon Robert* 6. Qua re Arcades, quorum bella contra Pylios gesta iam Iliadis carmina noverant (p. $X_{110}$), mari prorsus exclusi sunt.

Post 460? Ante 431. Thuc. V 31 πολέμου γάρ γενομένου ποτὲ πρὸς Ἀρκάδων τινὰς Λεπρεάταις καὶ Ἠλείων παρακληθέντων ὑπὸ Λεπρεατῶν ἐς ξυμμαχίαν ἐπὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς γῆς καὶ καταλυσάντων τὸν πόλεμον, Ἠλεῖοι τὴν γῆν νεμομένοις αὐτοῖς τοῖς Λεπρεάταις τάλαντον ἔταξαν τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν. καὶ μέχρι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου ἀπέφερον.

464—459. Mantineae συνοικισμὸς ab Argivis contra Spartanos adiutus p. $47_{101}$.

459. Belli Messenii exitus, Messeniis Naupactus ab Atheniensibus concessa, Spartanorum principatus restitutus. Cf. 468/7.

450. Argivorum et Spartanorum foedus. Peloponnesiorum et Atheniensium foedus quinquennale. Thuc. I 112.

445—427. Lycaeum Plistoanactis Spartae regis refugium p. $140_{79}$.

438. Euripidis Ἀλκμέων διὰ Ψωφῖδος, ubi Phegeus Psophidis rex filiique proditores sunt, et Τήλεφος.

431—421. Arcades sicut reliqui Peloponnesii praeter Argivos et Achaeos Lacedaemoniorum contra Athenienses socii. Pallenenses soli ex Achaeis statim a Lacedaemoniorum partibus stant, ceteri Achaei inde ab anno demum 418. Thuc. II 9; V 82, 1.

c. 425—423. Mantinienses Parrasios subegerunt. Thuc. V 33.

423. Hieme Μαντινῆς καὶ Τεγεᾶται καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέβαλον ἐν Λαοδοκ(ε)ίῳ τῆς Ὀρεσθίδος. Thuc. IV 134 p. $47_{144}$ sqq. 48.

421. Hieme exeunte Lacedaemoniorum et Atheniensium sociorumque pax a Nicia denominata. Thuc. V 17 sqq. — c. 29: Mantinienses et socii cum Argivis pacti, cum ambo δημοκρατούμενοι essent (p. $48_{13}$).

Aestate: c. 32: Corinthii et Argivi frustra Tegeatas lacessiverunt, ut a Lacedaemoniis deficerent. 33: Spartani Plistoanacte duce Cypsela Mantiniensium castellum capiunt, Parrasios Mantiniensium dominio liberant.

420. Athenienses, Argivi, Mantinienses (p. $48_{33}$), Elei σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη. Thuc. V 47. Sequuntur (49) Olympia οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. — Qui Androsthenes fuit Μαινάλιος: Paus. VI 6, 1.

419. Thuc. V 54 ἐξεστράτευσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ... πανδημεὶ ἐς Λεῦκτρα τῆς ἑαυτῶν μεθορίας πρὸς τὸ Λύκαιον, Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου βασιλέως ἡγουμένου, sed propter mala auspicia redierunt. 55 ἐς Μαντίνειαν πρεσβεῖαι ἀπὸ τῶν πόλεων ξυνῆλθον, Ἀθηναίων παρακαλεσάντων ... ἐξεστράτευσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Καρύας, καὶ ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο, ἐπανεχώρησαν.

Ante 418. Phigalienses templum magnificum architecto Atheniensi aedificandum permittunt p. $106_{103}$.

418. θέρους μεσοῦντος (Thuc. V 57) Agis Spartae rex contra Argivos bellum gerit. ξυνεστράτευον δ' αὐτοῖς Τεγεᾶταί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἀρκάδων Λακεδαιμονίοις ξύμμαχοι ἦσαν. 58 Iis Argivi, Μαντινῆς ἔχοντες τοὺς σφετέρους ξυμμάχους, alii ad Μεθύδριον obviam ierunt; sed Agis incolumis Phliuntem abiit. 60 Indutiae Agidis et Argivorum. 61 Athenienses advenerunt et Alcibiades legatus; iam Argivi bellum redintegrant. Socii Orchomenum aggressi sunt, ubi ὅμηροι ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἦσαν ... ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι· Orchomenii se dederunt ὥστε ξύμμαχοί τε εἶναι καὶ ὁμήρους σφῶν τε αὐτῶν δοῦναι Μαντινεῦσι καὶ οὓς κατέθεντο Λακεδαιμόνιοι παραδοῦναι. 64 Lacedaemonii ἐς Ὀρέσθειον τῆς Μαιναλίας profecti, inde Tegeam. 65—73 Lacedaemonii et socii (ex Arcadibus Ἡραιῆς, Μαινάλιοι καὶ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ Τεγεᾶται καὶ Λακεδαιμονίων ὀλίγοι) ad Mantineam cum hostibus congressi, inter quos 67 Μαντινῆς et οἱ ξύμμαχοι Ἀρκάδων. Lacedaemonii vicerunt.

418. χειμῶνος ἀρχομένου statim post Carnea (Thuc. V 76, 1) Lacedaemoniorum et Argivorum pax; Argivi τὼς παῖδας τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ τὼς ἄνδρας τοῖς Μαιναλίοις καὶ τὼς ἄνδρας τὼς ἐν Μαντινείᾳ τοῖς Λακεδαιμονίοις redderent; τὰς δὲ πόλιας τὰς ἐν Πελοποννάσῳ καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας αὐτονόμως εἶμεν πάσας καττὰ πάτρια. 79 Paullo post (οὐ πολλῷ ὕστερον) Lacedaemoniorum et Argivorum σπονδαὶ καὶ ξυμμαχία ... ταὶ δὲ ἄλλαι πόλιες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ κοινανεόντων τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶς ξυμμαχίας αὐτόνομοι καὶ αὐτοπόλιες τὰν αὐτῶν ἔχοντες, καττὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. ... αἱ δέ τινι τᾶν πολίων ᾖ ἀμφίλογα, ἢ τᾶν ἐντὸς ἢ τᾶν ἐκτὸς Πελοποννάσω, αἴτε περὶ ὅρων αἴτε περὶ ἄλλου τινός, διακριθῆμεν. αἱ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλι ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἅντινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι δοκείοι· τὼς δὲ ἔτας καττὰ πάτρια δικάζεσθαι. 81 μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἀργείων ἀπόστασιν ἐκ τῆς ξυμμαχίας καὶ οἱ Μαντινῆς, τὸ μὲν πρῶτον ἀντέχοντες, ἔπειτ' οὐ δυνάμενοι ἄνευ τῶν Ἀργείων, ξυνέβησαν καὶ αὐτοὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφεῖσαν τῶν πόλεων.

Plat. Symp. 193a νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Quae alii ad Mantineae διοικισμὸν anni 385, Wilamowitzius *Textgesch. gr. Lyr.* 103 adn. 1 ad quintum saeculum rettulerunt. Agatho Lenaeis anni 417/6 (Εὐφήμου ἄρχοντος) vicit. Certe a. 418/7 Mantiniensium foedus dissolutum, singula oppida omnia αὐτόνομα facta sunt.

401/400. Inter Cyri μυρίους ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος Ἀρκάδες καὶ Ἀχαιοὶ erant (Xen. anab. VI 2, 10). Eorum numerus πλείους ἢ τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι (§ 15). Cf. sub Stymphalo (Agasias Sophaenetus); Parrasiis (Arexio, Callimachus, Xenias)

Lusis (Eurylochus). Arcades: Ἀγίας (II 5, 31. 6, 1. 6). Ἀρύστας φαγεῖν δεινός (VII 3, 23). Βασίας (IV 1, 18) Ἡγήσανδρος Ἀρκάδων στρατηγός (VI 3, 5); Νίκαρχος λοχαγός (II 5, 33; III 3, 5) Πυρρίας (VI 5, 11); Σμίκρης Ἀρκάδων στρατηγός (gen. -ητος VI 3, 4. 5); Σοφαίνετος (I 2, 9; cf. p. $75_{14}$). Xenopho, qui Anabasim ante restitutum foedus arcadicum scripsit (opiniones virorum doctorum v. Christ-Schmid *Gesch. gr. Litt.* I⁶ 475, 4), Arcades non habebat in deliciis; VI 2, 9sqq. eorum temeritatem increpat.

401 s. 400 a. Chr. [Herodes] περὶ πολιτείας 28 (Meyer *Theopomp.* 206sqq.) inter ἐλευθέρους enumerat Ἠλείους δὲ καὶ Τεγεάτας καὶ τοὺς ἄλλους Ἀρκάδας ἀστυγείτονας ὄντας (scil. Λακεδαιμονίων).

401/400. Agis Lacedaemoniorum rex contra Eleos bellum gerit. Xen. Hell. III 2, 23. Tum demum Triphyliorum nomen ortum esse censuit Niese *Genethliakon Robert* 13, cum oppida illa Eleorum partes reliquissent.

399. Elei τὰς Τριφυλίδας πόλεις ἀφεῖναι concesserunt, inter eas Phrixam et Epitalium et Λασίωνα τὸν ὑπ' Ἀρκάδων ἀντιλεγόμενον. Xen. Hell. III 2, 30; p. $100_{61}$.

394 sqq. Tegeatae Mantinienses Triphylii Lasionii alii Lacedaemoniorum socii Xen. Hell. IV 2, 10sqq.

393. Xen. Hell. IV 4, 16 Iphicrates cum peltastis πολλαχόσε καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἐμβαλόντες ἐλεηλάτουν τε καὶ προσέβαλλον πρὸς τὰ τείχη· ἔξω γὰρ οἱ τῶν Ἀρκάδων ὁπλῖται παντάπασιν οὐκ ἀντεξῄεσαν· οὕτω τοὺς πελταστὰς ἐπεφόβηντο.

392 = Ol. 97. Ἀγήτωρ Ἀρκὰς πύκτης ab Eupolo Thessalo corruptus 'Ζᾶνα' damnatus dedicat, Cleonis Sicyonii opus. Paus. V 21, 3.

386. Pax ab Antialcida appellata.

385. Mantineae διοικισμός (p. $48_{67}$) Lacedaemoniorum principatum confirmat.

378. Orchomeniorum et Clitoriorum bellum. Xen. Hell. V 4, 36. 37.

377/6. Foedus Peloponnesium. Diod. XV 31: Lacedaemonii τὴν διάταξιν καὶ τὴν διαίρεσιν τῶν στρατιωτῶν καὶ λειτουργιῶν περιττότερον ἐξειργάσαντο. τάς τε γὰρ πόλεις καὶ τοὺς καταλεγομένους στρατιώτας εἰς τὸν πόλεμον διεῖλον εἰς δέκα μέρη· τούτων δὲ πρώτην ἐπεῖχον μερίδα Λακεδαιμόνιοι, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην Ἀρκάδες, τετάρτην δ' Ἠλεῖοι, πέμπτην δ' Ἀχαιοί· καὶ τὴν μὲν ἕκτην ἐπλήρουν Κορίνθιοι καὶ Μεγαρεῖς, τὴν δ' ἑβδόμην Σικυώνιοι καὶ Φλειάσιοι καὶ οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες· reliqui extra Peloponnesum erant. ... τοιαύτης δὲ τῆς συντάξεως οὔσης, ἡγεῖτο τῆς στρατιᾶς Ἀγησίλαος ὁ βασιλεύς. Cf. B. Keil ap. Gercke-Norden *Einl. Altertumsw.* III 371: '*eine Kreiseinteilung*'.

# III. DE REBVS CAPTA CORINTHO ANTIQVIORIBVS. FOEDERA ARCADICA ET AETOICA. DOMINIVM MACEDONICVM.

## A. DE AVCTORIBVS PEREGRINIS ET ARCADICIS.

Xenopho res annorum 371—362 perscripsit.

Inter oratores Demosthenes commemorandus, qui a 352 pro Megalopolitanis verba fecit (or. XVI).

Ephorus historiis res universas usque ad annum 341/0 perscripsit. Libro XX si Μαντινέων διοικισμόν (fr. 138: a. 385), XXV pugnam ad Mantineam commissam (fr. 146*a*: a. 362) narravit, ἐπαρίτας (fr. 139 non ante a. 370) vix iam vicesimo habuit. — De Ephori geographicis et Scymno cf. Dopp *Geogr. Studien des Ephoros* Rostock 1908, 15sq., fr. 52 (Arcades autochthones), 53 (Arcades Pelasgi), 54 (Arcadum reges tricenorum annorum), 55 (Νεστανία). — Ephoro usus esse videtur Nicolaus Damascenus (cf. p. $128_{84}$), imprimis in Cresphontis et Aepyti filii rebus fr. 39; si Cypselus Trapezuntius quoque ex Ephoro fluxit, iam tum, paullo post excisam Trapezuntem (a. 361), regum Trapezuntiorum stemma excogitatum esse sequitur, a Pausaniae auctore exornatum. Nicolaus fr. 42 de Arcadia eadem qua Pelasgia, 43 de Lycaone, 44 de Botachidis Tegeae vico et de Botacho Iocriti f., Lycurgi n. egit; et haec Ephorum sapiunt.

Theopompus Philippicis Philippi res fusius nec sine amplis excursibus enarravit. Commemorantur libro VI Εὔα πόλις Ἀρκαδίας et Εὐαίμων πόλις Ὀρχομενίων (p. $69_{4}$); XXXII Νοστία κώμη Ἀρκαδίας (= Νεστάνη, p. $46_{41}$. $49_{70}$); XXXVI Arcadum convivia; LIII pugna ad Chaeroneam commissa, LV Καρύαι Λακωνικῆς, LVI Ἀλέα πόλις, Εὔγεια (i. e. Εὐτέα? p. $144_{61}$). Λύκαια πόλις Ἀρκαδίας. De Lycaei religione egit: Polyb. XVI 12, 7.

Aristoteles cum aliarum urbium tum Tegeatarum rem publicam descripsit, horum et Lacedaemoniorum documentum nobile, quinti (vel sexti, ut plerique viri docti autumant saeculi documentum; cf. p. $3_{27}$) στήλην ἐπ' Ἀλφειῷ κοινὴν ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται ... (fr. 592 Rose³) laudavit, sed etiam cur προσέληνοι dicti sint Arcades explicat (fr. 591 ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, ab Arcadibus πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην fugati). Etiam Mantineae in republica meminit (p. $47_{168}$); plura dedit Aristoxenus. Imprimis autem Ἀρκάδων, sicut Θετταλῶν, κοινῇ πολιτείᾳ operam dedisse videtur: fr. 483 de μυρίοις, ac suspicari licet, decretum (sive decreta duo) de condenda Megalopoli a Pausania VIII 27 adhibitum non fugisse Aristotelem. Cf. resp. II 1261*a*. Πέπλος Aristoteleus (fr. 637) ludorum seriem constituit, Lycaeis quartum locum tribuens.

Praeceptoris monita et exemplum secuti sunt discipuli. Aristoxenus qui Mantineae musicae operam dederat τὰ Μαντινέων ἔθη scripsit: p. $49_{81}$; Dicaearchus Cyllenes montis altitudinem dimensuravit et καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν scripsit: p. $83_{22}$; ipse Cicerone (ad Att. VI 2, 3) auctore in Peloponneso vixerat. 'Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritimum, Tenea autem et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei videbantur, idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum.' Theophrastus de Lycaei cultu victimisque humanis, quae iam Platoni cordi fuerant egit: Porphyr. abst. II 27; multa de Arcadiae plantis tradidit:

IV 13, 2 τὴν ἐν Καφύαις τῆς Ἀρκαδίας πλάτανον, cf. p. $73_{11}$ (citantur αἱ παραδεδομέναι φῆμαι παρὰ τῶν μυθολόγων). I 9, 3 inter ἄγρια λείφυλλα habet: καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν. IX 13, 4 γίνονται δέ τινες τῶν γλυκειῶν (ῥιζῶν) αἱ μὲν ἐκστατικαὶ καθάπερ ἡ ὁμοία τῷ σκολύμῳ περὶ Τεγέαν, ἣν καὶ Πάνδειος ὁ ἀνδριαντοποιὸς φαγὼν ἐργαζόμενος ἐν τῷ ἱερῷ ἐξέστη. IX 15, 6 φύεται δὲ καὶ ὁ σίκυος ὁ ἄγριος ἐξ οὗ τὸ ἐλατήριον συντίθεται· καὶ ὁ τιθύμαλλος ἐξ οὗ τὸ ἱπποφαές· ἄριστον δὲ τοῦτο περὶ Τεγέαν κἀκεῖνο μάλιστα σπουδάζεται· φύεται δ' ἐκεῖ ἐπὶ πλέον· πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν. 7 ἡ δὲ πανάκεια γίνεται κατὰ τὸ πετραῖον περὶ Ψωφῖδα καὶ πλείστη καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φενεὸν καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ᾧ ὁ Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην προσεμφερῆ κρομύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ· χρῆσθαι δὲ αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας· οὐ μὴν ὀρύττειν γ' εἶναι χαλεπὸν ὡς Ὅμηρός φησι. 8 τὸ δὲ κώνειον ἄριστον περὶ Λοῦσα (Σοῦσα cod.) καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις (sequuntur Laconicae et Achaiae loci). V 4, 6 ἐλάτην ... ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας ... φραχθέντος τοῦ βερέθρου. IX 18, 10 de Heraeae vino: p. $103_{11}$. Etiam de lapidibus egit Theophrastus, οἷον τὸ ἀνθράκιον τὸ ἐξ Ὀρχομενοῦ τῆς Ἀρκαδίας (περὶ λίθων 33, Plin. n. h. XXXVII 97).

Heraclides Ponticus VIII Παρίων πολιτεία (FHG II 214): Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος, ἐξ Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων· cf. sub Callimacho, Apollonio Rhodio. XIV Λεπρεατῶν (mos quem Λεπρεεῖς habent).

Callisthenes Hellenicis libris decem res inde ab Antialcidae pace (386) usque ad Phocicum bellum (a. 357) narravit, in his Cromni res (a. 364, p. $128_{116}$) et Epaminondae (fr. 14 Mueller ap. Plut. Ages. 34, a. 362). Idem de columna in Lycaeo dedicata et de bello Aristomeneo egit: fr. 11 Mueller, Plut. ser. num. vind. p. 548*f*; p. $XII_{92}$.

Duris Samius res annorum 370—281 a. Chr. scripsit, a Diodoro in diadochorum historia adhibitus; libro XV τῶν Μακεδονικῶν, quo Orchomenum a Cassandro a. 315 obsessam commemoravisse videtur, Arcadem Orchomeni dixerat filium (FHG II 475, 26).

Aratus Sicyonius Achaici foederis instaurator huius res usque ad pugnam ad Sellasiam commissam tractavit. Eo usi sunt Polybius et Plutarchus Arati vita.

Phylarchus Cleomenis sectator, res annorum 228—221 huic favens scripsit, ab Arato valde dissentiens. Beloch III 2, 8.

De Polybio Megalopolitano infra agitur.

De his pauca dixi, cum quicumque Graeciae rebus operam dederunt, fusius de iis egerint; quae magis a solita via remota sunt Arcadiaeque propria, ea hoc loco praeferenda esse ratus.

---

De Arcadiae situ fusius egisse Polemonem Iliensem (a. 177/6 Delphorum proxenum) ex fragmento 24 ap. Clem. Al. Protr. 31 P conclusit Preller, negavit Kalkmann *Paus.* 125. — Sed iam diadochorum aetate libellos (ὑπομνήματα), quibus oppida viaeque et quot stadiis inter se distarent indicatum esset, ducibus militaribus regibusque in manibus fuisse per se probabile est, unde a. 218 Philippus (p. $5_{3}$), a. 200 Philopoemen (p. $5_{26}$: ἐξελογίσατο τὰ διαστήματα τῶν Ἀχαϊκῶν πόλεων) sociis tempus quo ex suis patriis abirent, ut Tegeam convenirent, accuratissime praescribere poterant; unde etiam in Pausaniae Arcadicis stadia plerumque vel in secundi ordinis viis indicata reperiuntur.

Aliis Homeri carmina ansam dederunt, ut in Arcadiae locos inquirerent; inter quos Demetrium Scepsium refero et Apollodorum a Strabone adhibitos; cf. quae iam de Homero diximus et quae ad titulum Olympicum annorum 181 sqq. adnotabimus.

---

Atthidum scriptores fabulas arcadicas cum atticis contaminasse exempla sat multa praesto sunt; cf. Kirchner Attica et Peloponnesiaca; Toepffer *Att. Gen.* 102 sq.; Immerwahr *Ark. Kulte* 122. Exempla affero Lycaonem et Cecropem eorumque inventa et sacra. Lycaea et Athenaea (Panathenaea) quando instituta sint (Vollgraff De Ovidii mythopoeia 32 sqq.; v. sub Aristotele) [1]); Arcas Μετανείρας τῆς Κρόκωνος Apd. III 102, a Triptolemo frumentum accipit Paus. VIII 4, 1; Cepheus et Caphyiensium origines atticae p. $73_{72}$; Echemus Tegeata cum Aphidnae et Academiae fabula compositus: Plut. Thes. 32, Steph. Byz. Ἑκαδήμεια; Cercyonis fabulam arcadicam et atticam (v. sub Callimacho).

[1]) Alii suae aetatis res scripserunt, velut Androtio; cf. Ἐπαρίτας (fr. 54) Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας (ἐν β´ Ἀτθίδος fr. 2) potius nominis causa quam propter res ad Thelphusam a. 352 gestas (p. $101_{85}$) commemorata esse videtur. Res arcadicas Ister Callimachius tractavit: Wellmann de Istro 108 sq. Lycaea: Marm. Par. ep. 17 ἀφ' οὗ [ἐ]ν Ἐλευσῖνι ὁ γυμνικὸς [ἀγὼν - -] Α Φ (?) Ο Υ - - | - - Α Ι . . τὰ Λύκαια ἐν Ἀρκαδίαι ἐγένετο καὶ Λ . . Κ Κ Ε . . . . . Λυκάονος ἐδόθησαν . . . τοῖς Ἑλλ[η]σι[ν ἔτ]η . . Ν . . βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος, cf. Jacobyi editionem p. 80. 143, qui C. Muelleri supplementum αἱ ἐκεχειρίαι ὑπὸ Λυκάονος ἐδόθησαν eo defendit, quod Plin. n. h. VII 202 'inducias Lycaon' (invenit), cf. Schol. Lycophr. 481 de Lycaonis filiorumque supplicio: ἕως ἡ Γῆ παρακαλοῦσα τὸν Δία τὴν χεῖρα ἐξέτεινε, διό φασι πρῶτον παρ' Ἀρκάσιν ἐκεχειρίαν γενέσθαι. — De 'rebus divinis' (Serv. Verg. Aen. VIII 352 Hygin. fab. 225) vix agi censet idem Jacoby. Eusebius a. Abr. 875 = 1142/1 ὁ τῶν Λυκ[α]ίων ἀγὼν πρῶτος ἐτέθη. Aliter Paus. VIII 2, 1, qui Lycaea pro antiquissimo certamine habuit (Jacoby p. 144).

---

Ipsi quoque Arcades suas res scribere coeperunt; sed libri perierunt, nomina auctorum pauca aetatem tulerunt; adhibiti sunt a poëtis mythographisque, qui ipsi saepe per tot rivulos acceperant. Neque aetas certo explorari potest nec quid quisque praestiterit. Harmodii Lepreatae περὶ τῶν κατὰ Φιγάλειαν νομίμων opus quarto vel tertio saeculo compositum iam citavimus (p. $107_{4}$ sqq.). Architimus Ἀρκαδικὰ scripsit semel a Plutarcho allatus quaest. gr. 39, FHG IV 317. Cydippus Mantiniensis sicut Ephorus Aristoteles Theophrastus Philostephanus alii multi περὶ εὑρημάτων scripsisse fertur: Clem. Al. Strom. I 16, 77, 1, et hoc quidem ante Mantineae excidium a. 222 a. Chr. Ariaethus Tegeates (FHG IV 318) Nestoris et Ereuthalionis pugnam Homericam enarravit, qua Πύλιοι καὶ Ἀρκάδες περὶ γῆς ὅρων dimicavissent, Arcades quamvis necato Ereuthalione vicissent.[1]) Alia quae de Aeneae fabulis Orchomeniis sive Caphyiaticis tradidit

[1]) Rem diverse tradunt scholia Δ 319, sed utrumque subscribit ἱστορεῖ Ἀρίαιθος. Locus in Veneto A τὸ καλούμενον ὄρος Ἀρκαῖον, in Townleyano περὶ τὸν Ἀκίδαντα ποταμόν, Ereuthalio Xanthippi filius (T) aut Ἱππομέδοντος ἢ ὥς ἔνιοι Ἀφείδαντος (A; hoc Tegeatam decet); epigramma est (Preger 229):

ἐνθάδ' Ἐρευθαλίωνι φίλοι περὶ τύμβον ἔθηκαν
Ἀρκαδίης βασιλῆς, γένος ἔξοχον Ἀμφιδάμαντος,
οἵ ποτε Νέστορα καὶ λαοὺς πολέμῳ δαμάσαντο.

Vs. 1 Ἐρευθαλίωνα *A* φίλοι περὶ *BT* φίλους τ' ἐπὶ *L*. Eust., φίλοις τ' ἐπὶ Preg. || 2 Ἱππομέδοντος *A*.

(p. $73_{21}$), paullo seriorem produnt aetatem; sed scripsit certe ante Apollodorum (Kalkmann *Paus.* 126)[1]). Non Callistonem, sed Megistonem Cetei filiam Lycaonis neptem novit (fr. 1). De Cyrenes raptu (fr. 4) nec non de filii Aristaei cultu arcadico fusius egisse videtur: Malten *Kyrene* 81 sq., adn. 14. Panem Αἰθέρος καὶ νύμφης Οἰνόης (corr. Σινόης, cf. p. $46_{103}$) dixit: fr. 5 schol. Vat. Eur. Rhes. 36, ubi Ἄρηθος dicitur. Nomen Ἀρί-αιθος probum neque ex attico Ἄραιθος (IG I 433) corrigendum esse similia apud Bechtel-Fick *GP* 67 allata demonstrant. — Nicias ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς (FHG IV 463) de Cypseli urbe (nempe Βασιλίδι, cf. p. $128_{90}$) Parrasiisque eo deductis egit. Ex hoc fortasse iam Ephorus (v. supra p. $XIV_{34}$) sua de Trapezunte habuit. Iam tum enim reges Trapezuntios excogitatos esse sumpsimus. Qua re ad intricatam de regibus arcadicis quaestionem deducimur. Stemmata priora iam respeximus (p. VII); haec cum novis miscet epigramma delphicum a 368 dedicatum;

```
Λυκάων
   |
Καλλιστώ ⌣ Ζεύς                        Ἀμύκλας        Γόργυλος
        |                                 |               |
      Ἀρκάς ⌣ a) Ἐρατώ          b) Λαοδάμεια      c) Ἀμιλώ
```

*a*) ἐν Ἀρκαδίᾳ nati: Ἔλατος, Ἀφείδας, Ἀζάν *b*) Τρίφυλος *c*) Ἔρασος

ubi mater laconica (*b*) a quinti saeculi auctore tradita, sed secundo loco donata est. Clarissimi iam inde a Cypriis fuerunt heroës Tegeatae[2]). Tum vero cum non Tegeae, sed in Magna urbe foederis caput esset, novi reges post Troiam conditam addendi erant. Stymphali nomen Pelopis praebet fabula (Apd. III 102. 166; v. p. $75_{6}$ sqq.). Eius filius dicebatur Agamedes, qui ab Epicaste Cercyonem γνήσιον habebat, praeter huius mulieris σκότιον Τροφώνιον. Cercyo Athenas aufugit, Trophonius Lebadeam. Rem Charax (FHG III 637, 6) cf. schol. Dion. P. 348 tradit, sed laudat Callimachum (fr. 143); totius elementa iam Callimachus non ἀμάρτυρα recepisse videtur, nempe ex fonte antiquiore arcadico, qui vix non fuit Stymphalius[3]); quem repperit sed immutavit Pausaniae de regibus auctor. — Alium auctorem quamvis anonymum Zenodotus poscit Cleitorium, cum glossas refert Κλειτορίων, hominem qui arcadica dialecto eaque a colore poëtico non multum remota scripsit; eidem, si non ali eiusdem urbis civi, fabulas quasdam innovatas, Clitorem regem Lycosurae dominantem Clitoris conditorem (p. $86_{15}$) tribuas. — De Aristippi Ἀρκαδικοῖς vel περὶ Ἀρκαδίας (FHG IV 327), quae alteri, si non anteriori saeculo a. Chr. tribuit Schwartz *Realenc.* II 902, parum scimus. Aristomenes apud schol. Ap. Rhod. I 164 propter Lycurgi παρὰ Ἀρκάσιν cultum citatus et coniecturis vexatus (FHG IV 336) prorsus remanet obscurus. — Addo Aenesiam (Αἰνησίας an Αἰνεσίας?) Megalopolitanum, Theophrasti discipulum, et Acestodorum qui περὶ πόλεων scripsit, quantum quidem videmus fabulosa (FHG II 464, Schwartz *Realenc.*[2] I 1116), ab Herennio Philone apud Stephanum s. v. Μεγάλη πόλις ante Polybium commemorati. Neque hoc loco qui praetereatur dignus est Cercidas poëta et legum lator Megalopolitanus; sed de eo sicut de Polybio infra videbimus.

[1]) Paullo post a. 370? Schwartz *Realenc.* II[2] 374; c. a. 200 a. Chr. n.? Gruppe *Myth.* 193, collato Woernero De Ariaetho et Agathyllo 1893. [2]) Tegeatarum heroes ornamenta templi medio fere saeculo quarto (p. $4_{61}$) aedificata demonstrant; venatio Calydonia, in ea Atalanta, Ancaeus et Epochus, Hippothous. Nomina adscripsit Scopas (n. 78. 79); non adscripsit patres avosque; scripsit Ἱππόθοος, sed ὁ Κερκυόνος τοῦ Ἀγαμήδους τοῦ Στυμφήλου Pausaniae (VIII 45, 7) propria sunt. — Praeterea Telephi contra Achillem pugna efficta erat in aëtomate altero; alia exhibebant metopae. [3]) Nolo Aeneam nominare: p. $75_{23}$, Schwartz *Realenc.*[2] I 1021.

Fontem tegeaticum adhibuit Dinias Argivus, Arati Achaeorum praetoris fere aequalis, qui cladem Lacedaemoniorum ita definivit: Περιμήδας ἐν Τεγέᾳ δυναστευούσης, ἣν οἱ πλεῖστοι καλοῦσι Χοῖραν (v. p. $2_{56}$); unde ordinem chronologicum apud Tegeatas ex Minervae Aleae sacerdotibus constitutum esse sequitur, sicut Argis Iunonis illae iam Hellanico fundamentum praebuerunt.

Epigrammata quae Simonidis nomine tradita sive ad bella Persica sive ad Tegeatarum contra Lacedaemonios certamina (p. $2_{159}$) rettulerant viri docti, cum tegeaticis illis virorum ad Mantineam a. 362 occisorum epitaphiis n. 173 comparavit et ad eandem rem spectare censuit Wilamowitz *Sappho u. Simonides* 215. His antiquius fuit prius illud carmen Lusis ad fontem dedicatum, iam ab Eudoxo anno fere 368 lectum: p. $93_{92}$ sqq., postea restitutum, auctum, depravatum. Circa a. 300 Anyte Tegeatica vixit: p. $4_{99}$, de cuius fontibus iam paullo aliter iudicandum esse videtur, quam adhuc fecerunt Boas *Rhein. Mus.* LXII 1907, 61 sqq. alii. Paullo post Leonidas Tarentinus Panem Lycaeum memorat Anth. Pal. VI 188; epigramma Cnidium probum quidem et satis antiquum, nec tamen ad Antigonum Gonatam spectans (p. $82_{14}$) Panis Mercuriique Pheneatici cultum eo translatum celebrat.

Arcadica nomina multa adhibuit Antipater (Sidonius?), velut Anth. Pal. VI 109 (cf. p. $69_{99}$ ad Orchomenum), VI 111 (cf. p. $100_{86}$ ad Lasionem). — Archias (an Antiochenus, Ciceronis amicus?) Anth.

Pal. VI 179. 180. 181 tria carmina fratrum Κλείτορος, Πίγρητος, Δάμιδος in Panis honorem composuit; eadem tria nomina amplexi sunt Alexander Magnes (182) et rursus ter Zosimus Thasius (183—185), nec non Iulius Diocles (186) et Alpheus Mytilenaeus (187). — Glaucus IX 341 Theocriti Daphnidis imitator, ipse aemulum habuit Diodorum qui et Zonas (IX 556), Strabonis amicum; cf. Stadtmuelleri editionem et Knaakium ap. Susemihlium *Gesch. Lit. Al.* II 497, 154*d*. Nonnulla ex his carmina suis locis commemoravi, non ignorans nomina ficta videri. Megalopolitanum in Stephanum recepit Philippus Antiphanem IX 258 (et XI 348. 118, IX 409?). Reitzenstein *Realenc.* I[2] 2521.

Arcadicis auctoribus, quibus seriores quoque et incertae aetatis aliquos adiecimus occasione sponte oblata usi, permulta debent nobiles grammatici Alexandrini, fontium illi reconditorum cupidissimi. Inter eos Zenodotus iam primo Ptolemaeo regnante γλώσσας Ὁμηρικὰς conlegisse et dialectorum usu, qui etiamtum valebat, confirmasse videtur. Arcadicas voces ex nescio quo libro sive libris sumpsit, Cletorias eum auctori illi, de quo iam egimus, debere coniecimus. Zenodotum citat schol. Ap. Rh. II 1005: στυφελήν· τραχεῖαν καὶ σκληράν. οὕτως Κλειτόριοι λέγουσιν, ὥς φησι Ζηνόδοτος ἐν Γλώσσαις· Κυρηναῖοι δὲ τὴν χέρσον — ab eo pendere suspicor alias Cletoriorum glossas a grammatico Bekkeriano (Anecd. III 1094/6 adn.) collectas, quae Hoffmannum (*Dial.* I 100 sqq.) secutus hoc loco desiderari nolui:

Ἀρκάδων· ἆορ· ξίφος. θήγει· ἀκονᾷ. ἶς· ἰσχύς. λέκτρον· κλίνη. λυκάβας· ἐνιαυτός. ξυνόν· κοινόν. οἶος· μόνος.

Κλειτορίων· ἆηται· ἄνεμοι. αὐδή· φωνή. δέδορκεν· ὁρᾷ. ἔστιοι· νεκροί. ἐσθλόν· ἀγαθόν. λεύσει· ὁρᾷ (cf. Tegeae n. $16_{10}$). πάροιθεν· ἔμπροσθεν. χηλός· κιβωτός. ὦκα· ταχέως. ὠλέναι· βραχίονες.

Quibus alias glossas arcadicas adicio ex Hesychio, nisi alium fontem indicavimus, petitas; pauca iis quae Hoffmann l. l. collegit addere licuit.

ἀμφιδεκάτη· ἡ μετὰ εἰκάδα ἡμέρα, παρὰ Ἀρκάσιν, ubi iam L. Dindorf δεκάδα postulaverat, probante Bischoffio *Leipz. Stud.* X 1887, 306 sq.

ἄρμωλα· ἀρτύματα. Ἀρκάδες. καὶ ἀρμώμαλα.

βερβίνια· ξύλα καθηλωμένα, ἐξ ὧν τὰς ληκύθους ἐκρέμουν. οἱ δὲ γένος τι ἀρκαδικὸν τοὺς Βερβενίους (cf. agrum Βελ(ε)μινᾶτιν).

δάριν· σπιθαμήν. Ἀρκάδες.

Ἑκατόμβαιος· ὁ Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις· καὶ Ζεὺς ἐν Γορτύνῃ καὶ παρ' Ἀρκάσι καὶ Κρησίν.

Ἐλουσία· Δημήτηρ παρὰ [Θ]ελφουσίοις.

ἐπαρόητοι· τάγμα ἀρκαδικὸν μαχιμώτατον, καὶ οἱ παρὰ Ἀρκάσι δημόσιοι φύλακες.

ἐπεζάρησαν Eustath. M 346 τὸ δὲ ἐπέβρισαν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, ἐπεζάρησαν οἱ Ἀρκάδες φασίν.

ἐρινύειν Et. M. κατὰ Ἀρκάδας τὸ ὀργίζεσθαι. Paus. VIII 25, 6 τῷ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐρινύειν οἱ Ἀρκάδες.

ζέρεθρα Eratosthenes ap. Strab. VIII 389 βερέθρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα.

θύρδα· ἔξω. Ἀρκάδες (cf. θύσθεν n. $3_{23}$).

κάθιδοι· ὑδρίαι. Ἀρκάδες. Hoffm.: κάθυδροι s. κάθυδοι.

Κυβήβη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν, καὶ ἡ Ἀφροδίτη. καὶ ὑποδήματα παρὰ Ἀρκάσιν etc.

ληναί· βάκχαι. Ἀρκάδες (non apud Bekkerum).

μωρίαι· ἵπποι καὶ βοῦς ὑπὸ Ἀρκάδων.

οὖνει· δεῦρο. δράμε. Ἀρκάδες.

Πανεῖα· ὄνομα Πελοποννήσιον καὶ μάλιστα Ἀρκαδικόν. Aen. Tact. 27.

πέσσεται· ὀπτᾶται. Ἀρκάδες ὀπτήσει.

φελλόδρυς Theophr. h. pl. I 9, 3, v. p. $XIV_{93}$.

χραισμεῖν· schol. Ap. Rh. II 218 χραίσμετέ μοι· βοηθεῖτέ μοι. τὸ γὰρ χραισμεῖν Κλειτόριοι λέγουσι τὸ ἐπαρκεῖν.

Callimachum permulta scriptoribus arcadicis debere identidem monuit Wilamowitz, imprimis *Gr. Lit. Gesch.*[3] 210. Primo hymno in Iovem fabulam arcadicam de Iovis gentiliciis et fluviis olim occultis[a]), et tertio qua Dianam laudat, huius cum Pane colloquium (v. 87 sqq.), Atalantes praedam Calydoniam Tegeae conservatam, Hylaeum et Rhoecum a dea in Maenalo occisos, templa deae aliasque res refert[b]). Idem Callimachus Cercyonem novit ex Arcadia in Atticam confugisse (fr. 143), hymno in Dianam 143 Mercurium dicit Ἀκακήσιον (schol.: ἀπὸ ὄρους Ἀρκαδίας, ἢ ὁ μηδενὸς κακοῦ παραίτιος ὤν).

a) [4] πῶς καί μιν, Δικταῖον ἀείσομεν ἠὲ Λυκαῖον; [5] ἐν δοιῇ μάλα θυμός, ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον. [6] Ζεῦ σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι, [7] Ζεῦ σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο; [8] Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο [9] Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί. [10] ἐν δέ σε Παρρασίῃ Ῥείη τέκεν, ἧχι μάλιστα [11] ἔσκεν ὄρος θάμνοισι περισκεπὲς (ἔνθεν ὁ χῶρος [12] ἱερός, οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης [13] ἑρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται, ἀλλά ἑ Ῥείης [14] ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες)· [15] ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων, [16] αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος ᾧ κε τόκοιο [17] λύματα χυτλώσαιτο τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι. [18] Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔρρεεν οὐδ' Ἐρύμανθος, λευκότατος ποταμῶν, ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα [20] Ἀρκαδίη· μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι [21] αὖθις· ἐπεὶ τημόσδε, Ῥέη ὅτ' ἐλύσατο μίτρην, [22] ἦ πολλὰς ἐφύπερθε Σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων [23] ἤειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤκχησεν ἀμάξας, [24] πολλὰ δὲ Καρίωνος (an Καρν(ε)ίωνος? cf. Paus. VIII $34_5$) ἄνω διεροῦ περ ἐόντος [25] ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, νίσσετο δ' ἀνὴρ [26] πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε πολύστιόν τε Μετώπην [27] διψαλέος· τὸ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο. [28] καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη· [29] Γαῖα φίλη τέκε καὶ σύ· τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί'. [30] εἶπε καὶ ἀντανύσασα θεὴ μέγαν ὑψόθι πῆχυν [31] πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ· τὸ δὲ οἱ δίχα πουλὺ διέστη, [32] ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα· τόθι χρόα φαιδρύνασα [33] ὦνα τεὸν σπείρωσε, Νέδῃ δέ σε δῶκε κομίζειν [34] κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, ἵνα κρύφα παιδεύοιο, [35] πρεσβυτάτῃ Νυμφέων, [36] πρωτίστη γενεὴ μετά γε Στύγα τε Φιλύρην τε. [37] οὐδ' ἁλίην ἀπέτεισε θεὴ χάριν, ἀλλὰ τὸ χεῦμα [38] κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε· τὸ μέν ποθι πουλὺ κατ' αὐτὸ [39] Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται, [40] συμφέρεται Νηρῆι, παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ [41] υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο. [42] εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν ἐπὶ Κνωσοῖο φέρουσα...

A Callimacho pendet Dionysius Periegeta 415—417. ‖ Ἀπιδανῆες cf. Ap. Rh. IV 263. ‖ 22 Ἰάων i. q. Alpheus (Meineke, Bursian II 288, 1); cf. Νυμφῶν Ἰωνίδων fanum Paus. VI 22, 7. ‖ 23 Μέλας ignotus nisi Achaiae prope Olenum; cf. Strab. VIII 386: εἶτ' Ὤλενος, παρ' ὃν ⟦Πεῖρος⟧ ποταμὸς μέγας *Μέλας* (ita Kramer; Πεῖρος eiecit Meineke); cf. Bursian II 311, 2. ‖ 26 Κρᾶθιν Achaiae, cf. 22 Μέλας. ‖ Μετώπης Stymphali, u. v.

b) Atalante: Call. III [215] ᾔνησας (Ἄρτεμι) δ' ἔτι πάγχυ ποδορρώρην Ἀταλάντην, [216] κούρην Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκασίδαο (nomen ex dissimilatione litterae σ a δ insequente ortum, scilicet pro Ἀρκαδίδης, ut Ἀπυσεδομίν[ος] ex Ἀπυδεδ- censet Kretschmer epistula m. Sept. a 1911 data). καί ἑ κυνηλασίην τε καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας. [218] οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες [219] μέμφονται κάπροιο· τὰ γὰρ σημήϊα νίκης [220] Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας· [221] οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ῥοῖκον ἔολπα [222] οὐδέπερ ἐχθαίροντας ἐν Ἄϊδι μωμήσασθαι [223] τοξότιν· οὔ γάρ σφιν λαγόνες συνεπιψεύσονται, [224] τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ ἀκρώρεια. Praefert igitur arcadicam fabulam boeotiae ab Hesiodo enarratae. — [233] ἦ μέν τοι Προῖτός γε δύω ἐκαθίσσατο νηούς [234] ἄλλον μὲν Κορίης, ὅτι οἱ συνελέξαο κούρας [235] οὔρεα πλαζομένας Ἀζήνια, τὸν δ' ἐνὶ Λούσοις [236] Ἡμέρῃ, οὕνεκα θυμὸν ἐπ' ἄγριον εἵλεο παίδων.

Callimachi carmen aetiologicum latet apud Paus. VIII 28, 4 de Teuthide, quo iam Polemo usus erat fr. 24 Preller ap. Clem. Al. p. 31 P.: Πολ. δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ὑπὸ Ὀρνύτου τρωθῆναι λέγει. Dicit Paus.: ἐπὶ δὲ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἰλίῳ ἰδίᾳ παρείχοντο οἱ ἐνταῦθα ἡγεμόνα· ὄνομα δὲ αὐτῷ Τεῦθιν, οἱ δὲ Ὄρνυτόν φασιν εἶναι (hic dissensus ex grammatico fluxisse videtur). Aulide ἀφίκετο ὁ Τεῦθις Ἀγαμέμνονι ἐς ἀπέχθειαν, καὶ ὀπίσω τοὺς Ἀρκάδας ὧν ἦρχεν ἀπάξειν ἔμελλεν. ἐνταῦθα Ἀθηνᾶν λέγουσι Μέλανι τῷ Ὤπος εἰκασμένην ἀποτρέπειν τῆς ὁδοῦ Τεῦθιν τῆς οἴκαδε· ὁ δὲ ... παίει τὴν θεὸν τῷ δόρατι ἐς τὸν μηρόν, ἀπήγαγε δὲ καὶ ἐκ τῆς Αὐλίδος ὀπίσω τὸν στρατόν. somnium, morbus, oraculum Dodonaeum, καὶ ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀθηνᾶς ἔχον τραῦμα ἐπὶ τοῦ μηροῦ. Callimachum auctorem testatur scholion (Spiro *Herm.* XXIX 1894, 149; v. Wilamowitz ibid. 244): ὅτι φησὶν οὗτος (= Παυσ.) ἑωρακέναι τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν Τεύθιδι τελαμῶνι κατ[ει]λ[η]μμένον. καὶ ἢ Καλλίμαχος ἢ οὗτος ψεύδεται· ὁ μὲν γὰρ παλαίτερ[ος] ὢν φησὶ λῆξαι τοῦ τραύματος τὴν θεραπείαν, ὁ δὲ ἑωρακέναι φησὶν ἔτι ὥσπερ ἐπιδούμενον καὶ θεραπευόμενον.

Argumenta alia aut certo dantur Callimacho aut ad eius αἴτια probabili ratione referri possunt; alia si non eius, at certe similium poëtarum sunt, quorum exempla commemorare licebit. Dianae Ἀπαγχομένης cultus et fabula Caphyiatica: p. $73_{15}$, Paus. VIII 23, 5, Clem. Al. Protr. 32 (Callim. fr. 3). Scephri et Limonis Tegeatae filiorum fata, cultus αἴτιον, Cydonia Gortyna Catrea Cretae a Tegeatae filiis condita: Paus. VIII 53. — Herculis et Phialus Alcimedontis filiae res, quae ad Mantineam et Phigaleam spectant, fons ab ave κίσσα denominata: p. $106_{53}$. — Daphnae Ladonis et Telluris filiae et Leucippi Oenomai filii amores, Apollinis aemulatio, a Diodoro Elaïta et Phylarcho historico exornati, iam ante Statium IV 289 ad Arcadiam relati esse videntur; cf. Paus. VIII 20. — De Atalanta carmen Alexandrinum ex Ovidii arte amat. II 185 sqq., Propertii I 1, 9 sqq., Musaeo 154 sqq. restituit Maass *Herm.* XXIV 1889, 523 sqq., cf. Apd. bibl. III 105—109; Philitae non esse docens; multa cum Callimacho conveniunt. — Lycaonis scelus cum diluvio Deucalioneo coniunctum, αἴτιον nominis Τραπεζοῦντος: (in Eratosthenis catasterismis deest diluvium); Apd. III 99; schol. Lyc. 481 Ov. Met. I; Vollgraff De Ovidii mythopoeia 17. — Herculis signum Tegeaticum, πεποίηται δέ οἱ ἐπὶ τοῦ μηροῦ τραῦμα, causa est pugna contra Hippocoontidas commissa: Paus. VIII 53, 9. — Addo Parum a Paro Parrasii filio Arcade denominatam Call. fr. 368 ap. Steph. Byz. Πάρος et Bathyclem Arcadem προυσέληνον ex Iambis nuper repertis (Oxyr. Pap. VII 31, 103. 121).

Lycophronis Alexandra de Cypro ab Arcadibus condita Arcadumque fabulis [479] ὁ δεύτερος δὲ νῆσον ἀγρότης μολών, [480] χερσαῖος, αὐτόδαιτος, ἐκγόνων δρυὸς [481] λυκαινομόρφων Νυκτίμου κρεανόμων, [482] τῶν πρόσθε μήνης φηγίνων πύρνων ὀχὴν [483] σπληδῷ κατ' ἄκρον χεῖμα θαλψάντων πυρός, [484] χαλκωρυχήσει, καὶ τὸν ἐκ βόθρου σπάσει [485] βῶλον, δικέλλῃ πᾶν μεταλλεύων γνύθος. [486] οὗ φῖτυν ἠνάριξεν Οἰταῖος στόνυξ [487] βουβῶνος ἐν τόρμαισι θρυλίξας δέμας. [488] ἔγνω δ' ὁ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος, [489] ὡς πολλὰ χείλευς καὶ δεπαστραίων ποτῶν [490] μέσῳ κυλοίνδει μοῖρα παμμήστωρ βροτῶν.

479 Agapenor Arcas. ‖ 480 αὐτόδαιτος cf. βαλανηφάγος oraculi. ‖ Arcas Hamadryadis f. ἢ ἐπειδὴ Ἀγαπήνωρ ἀπὸ Δρύοπος εἶχε τὸ γένος, ὁ δὲ Δρύοψ Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος υἱός. ‖ 482 προσελήνων. ‖ 483 βαλανηφάγοι orac. apud Herod. I 66. ‖ [483] σποδῷ ‖ τὰς δὲ βαλάνους ἥσθιον οἱ Ἀρκάδες ὀπτῶντες πυρί. ‖ 484 metalla Cypria. ‖ 486 Agapenoris patrem Calydonius aper necavit Ancaeum.

Idem Lycophro aliqua deorum nomina arcadica, vs. 400 (Iovis) Κυναιθεύς, 212 (Bacchi) Φιγαλεύς, 1040 (Cereris Erinyis) Τελφουσία Λάδωνος ἀμφὶ ῥεῖθρα ναίουσα σκύλαξ novit.

Theocritus I 123 sqq. Arcadiae locos respicit:

ὦ Πὰν Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον αἰπύ τε σᾶμα[1])
τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγητόν.

[1]) i. e. Αἰπύτιος τύμβος B 604.

Id. VII 106:

κεἰ μὲν ταῦτ' ἔρδοις, ὦν Πὰν φίλε, μήτι τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμως
τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη etc.

Wilamowitz *Textgesch. gr. Bukol.* 111 haec quoque, ut Callimachea, ex Ἀρκαδικοῖς quibusdam fluxisse censet; poesin Arcadum bucolicam unquam fuisse praeter pastorum musicam volgarem negat. Vergilio censet arcadicam bucolicae artis originem e doctis prolegomenis innotuisse; Vergilium denique ipsum id effecisse, ut ursorum et luporum patria fieret pastorum quasi paradisus. Cuius rei indicia apud Graecos pauca esse; Erycii Anth. Pal. VI 96 Ἀρκάδες ἀμφότεροι e Vergilio hausta. Aliter iudicaverat Reitzenstein *Epigr. u. Skolion* 131, 1; *Realenc.*[2] V 565 s. v. *Erykios*.

Apollonius Rhodius Argonauticis I 161: καὶ μὴν Ἀμφιδάμας Κηφεύς τ' ἴσαν Ἀρκαδίηθεν, [162]οἳ Τεγέην καὶ κλῆρον Ἀφειδάντειον ἔναιον, [163]υἷε δύω Ἀλεοῦ· τρίτατός γε μὲν ἕσπετ' ἰοῦσιν [164]Ἀγκαῖος, τὸν μέν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπεν, [165]τῶν ἄμφω γνωτὸς προγενέστερος. ἀλλ' ὁ μὲν ἤδη [166]γηράσκοντ' Ἀλεὸν λίπετ' ἂμ πόλιν, ὄφρα κομίζοι, [167]παῖδα δ' ἑὸν σφετέροισι κασιγνήτοισιν ὄπασσεν. [168]βῆ δ' ὅγε Μαιναλίης ἄρκτου δέρας ἀμφίτομόν τε [169]δεξιτερῇ πάλλων πέλεκυν μέγαν· ἔντεα γάρ οἱ [170]πατροπάτωρ Ἀλεὸς μυχάτῃ ἐνέκρυψε καλιῇ, [171]αἴ κέν πως ἔτι καὶ τὸν ἐρητύσειε νέεσθαι. De Ancaeo cf. I 398 II 118. — II 519 sqq. de Aristaeo Apollinis et Cyrenes filio: λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ [520]Φθίην, ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο, λαὸν ἀγείρας [521]Παρράσιον, τοί πέρ τε Λυκάονός εἰσι γενέθλης. II 382 sqq. 1046 sqq. de Stymphalidibus: p. $75_1$. Arcades πρόσθε σεληναίης vixerunt: IV 263.

Callimachus quantopere rebus arcadicis operam dederit iam supra vidimus; Philostephanus discipulus de Cyllene monte proprium librum composuit (FHG III 30 ap. schol. Pind. Ol. VI 144), alio περὶ ποταμῶν παραδόξων piscium in Aroanio (vulgo Aorno) cantantium meminit (fr. 20 ap. Ath. VIII 331*d*). Eratosthenes sicut iam Theophrastus (p. $XIV_{107}$) miram Arcadiae naturam, imprimis ζέρεθρα illa quae hodie καταβόθρας appellant, descripsit (Strab. VIII 389). De libro qui ad fabulas arcadicas velut Lycaonis Callistusque diiudicandas magni est momenti, καταστερισμοὶ inscripto discrepantes virorum doctorum opiniones discussit Knaack *Realenc.* VI 377 sqq. Nostrum non est neque astronomiam quae dicitur Hesiodeam neque Arati carmen neque ingentem doctrinam in commentariis Arateis collectam attingere.

Eratosthenis discipulus fuit Mnaseas Patrensis (FHG III 149 sqq.), qui fr. 4 de Arcadum rege Proseleno, 6 de Clitoris fluvii piscibus (p. $85_{22}$), 7 de Bucolione Panis filio, 8 ineptissime de Stymphalidibus, 15 de Callistone Ulixis sorore egit.

Rhianus Benaeus Cres, Eratosthenis aequalis, bellum Aristomeneum sub Leutichide rege (498/7—476/5) narravit; incipiens a pugna ad fossam magnam commissa, qua Aristocrates Arcadum rex prodidit Messenios, cum ceteri Arcades probi essent socii. Non dubito, quin iam apud eum Trapezuntius fuerit Aristocrates, ut est apud Pausaniam IV 17, qui Rhiani carmen non ipsum, sed iam ab auctore Andaniae res sacras respiciente retractatum adhibuisse videtur. Cf. Hiller *Hira und Andania*. Arcadiae urbes enarravit, velut Γόρτυν' Ἡραιάν τε πολυδρύμους τε Μελαινάς Steph. Byz. Μελαιναί, Meineke Anal. Al. — Simili modo Menelaus Aegaeus Thebaïde sive alio epico carmine (cf. Suid. s. v.) Arcadiae Εὐτρησίνδε et Λύκαιθα πόλις habet, ignotae quidem aetatis: Susemihl I $406_{481}$. Ac posteris quoque poëtis placuit Arcadiae situm explicare, nominibus multis partim ex Βοιωτίᾳ homerica, partim ab Alexandrinis congestis, velut Papinio Statio in Thebaide IV 246 sqq., Nonno.

Sosibius Laco ab homonymo grammatico Homerico diversus (Wachsmuth *Einl. alt. Gesch.* 137, Schwartz *Königslisten* 68 sqq.). Eratosthene recentior χρόνων ἀναγραφῇ (FHG II 625) regum laconicorum (et messeniorum?) stemma tractavit. Sosibius bellorum messeniorum historiam ex Myrone Rhiano aliis redegisse videtur Immerwahrio (*Lakonika des Pausanias*) et Wachsmuthio (l. l. 138). Ei vel simili auctori narrationes illae apud Polyaenum Pausaniamque obviae debentur, quae inter Spartae reges antiquissimos et Arcades gestae esse dicuntur, et quae primo obtutu veritatis summae speciem prae se ferunt, ut ex iis vel doricae migrationis meliorem notionem hauriri posse viris doctissimis olim placuerit.

Apollodorus Pergami annis fere 146—138 sive 133 catalogum homericum commentatus esse videtur (Jacoby *Apollodorus Chronik* $8_{15}$, collato Nieseo *Rhein. Mus.* XXXII 1877, 307. 291). Usus est Demetrio Scepsio velut in iis quae de Andania arcadica scripsit. — Apollodorus Cyllenes montis altitudinem indicavit, Dicaearchum corrigens; v. p. $83_{36}$. — Libro περὶ θεῶν amplissimo etiam arcadica sacra narravit, velut Ἀρκάδια quae Cereri sacrificia post segetem primam obtulerunt homines (Steph. Byz. Ἀρκαδία).

Huic subiungo auctorem deorum cognominum indicis quem saec. II a. Chr. Rhodi vixisse putat Michaelis De origine indicis deorum cognominum 1898. Arcadiae quoque rationem habuit. Cf. Ciceronem nat. deor. III 53 sqq. Qui habet Ioves — primum et secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt et Liberum, alterum patre Caelo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt ... 56 Mercurius ... alter Valentis et Coronidis filius, is qui sub terris habetur idem Trophonius, tertius Iove tertio natus et Maia, ex quo et Penelopa Pana natum ferunt ... quintus, quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur interemisse[1]) ob eamque causam in Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse, hunc Aegyptii Theuth appellant. 57 Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum invenisse primusque volnus dicitur obligavisse; secundus secundi Mercurii frater; is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris[2]) tertius Arsippi et Arsinoae, qui primus purgationem alvi dentisque evolsionem, ut ferunt, invenit, cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur. Apollinum ... quartus in Arcadia, quem Arcades Νόμιον appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse (sic!) ... 59 Minerva ... quarta Iove nata et Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Κορίαν nominant, et quadrigarum inventricem ferunt (p. $85_9$), quinta Pallantis ...

[1]) Hunc Mercurium 'Iovis et Cyllenes' dicit Serv. Verg. Aen. I 297; sed id. ad IV 577 'quartum Cyllenii filium, cuius mater non proditur'.
[2]) Staphylus Naucratita, auctor Strabone antiquior ἐν τῷ περὶ Ἀρκάδων (FHG IV 506, 8) Aesculapium κεκεραυνῶσθαι dixit, ὅτι Ἱππόλυτον ἐθεράπευσε. — Lydus de mens. IV 90 Ἀσκλήπιοι τρεῖς λέγονται γενέσθαι· πρῶτος Ἀπόλλωνος τοῦ Ἡφαίστου ὃς ἐξεῦρε μήλην, δεύτερος Ἴσχυος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος, ὃς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις ἐτάφη· τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου. οὗτος εὗρε τιμὴν καὶ ὀδοντάγραν καὶ τάφος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ.

---

# B. RERVM GESTARVM TABVLA A. 371–146 A. CHR.

Res eas quae ad singulas civitates spectant, quantum quidem fieri poterat sub iis tractavimus; potiora hic resumenda erant.

371 aestate: ἄρχοντος Φρασικλείδου, die V m. Hecatombaeonis: Thebani ad Leuctra Lacedaemonios devicerunt. Plut. Ages. 28. [Falso dicit Pausanias VIII 27, 8 eodem anno paucis mensibus post pugnam Megalopolin esse conditam] — Archidamus Agesilai regis filius cum sociis, inter quos et Tegeatae et Mantinienses erant, victos recepit. Xen. Hell. VI 4, 17—26. — Athenienses pacem Artaxerxis (anni 386) confirmaverunt; soli Elei exclusi, quia Triphylios aliosque αὐτονόμους ποιεῖν nolebant. Xen. l. l. 5, 1—3. Swoboda *Rhein. Mus.* XLIX 1894, 321 sqq.

370. Peloponnesi res turbatae (Huc referunt res a Diodoro XV 40 sub a. 375/4 de Phialensibus et Heraea relatas: v. p. $103_{108}$. $106_{121}$.) Mantinienses unam urbem moenibus cinctam condunt Xen. VI 5, 3—5, p. $48_{114}$.

Foedus arcadicum. 1) Tegeatae Callibius et Proxenus συνῆγον ἐπὶ τὸ συνιέναι τε πᾶν τὸ Ἀρκαδικόν, καὶ ὅτι νικῴη ἐν τῷ κοινῷ, τοῦτο κύριον εἶναι καὶ (κατὰ Wendland) τῶν πόλεων, cum Stasippi factio suaderet ἐᾶν τε κατὰ χώραν τὴν πόλιν καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι. Xen. VI 5, 6. 2) Lycomedes (Mantiniensis, non Tegeates!) ἔπεισε τοὺς Ἀρκάδας εἰς μίαν συντέλειαν ταχθῆναι καὶ κοινὴν ἔχειν σύνοδον συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων, καὶ τούτους ἐξουσίαν ἔχειν περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύεσθαι. Diod. XV 59, 1. v. Scala *Staatsvertr.* 146, 150. Stasippi factio victa, Tegeatarum exules cum Spartanis Mantineam aggressi. Orchomenii, Heraeenses (modo a Spartanis in unam urbem contracti?), Lepreatae Spartanos se-

cuti, οἱ ἄλλοι Ἀρκάδες εἰς Ἀσέαν συνελέγοντο. Agesilaus Eutaeam cepit, τοὺς δὲ ἐν τῇ στρατευσίμῳ ἡλικίᾳ οἰχομένους εἰς τὸ Ἀρκαδικὸν invenit. Xen. VI 5, 10—12. Iam tum decretum esse videtur, novam urbem esse condendam, Paus. VIII 27, 2: ᾑρέθησαν δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων οἰκισταὶ Λυκομήδης καὶ [Ὁ] Πολέας[1]) καὶ Τίμων τε καὶ Πρόξενος[2]), οὗτοι μὲν ἐκ Τεγέας, Λυκομήδης[3]) δὲ καὶ [Ὁ] Πολέας Μαντινεῖς, Κλειτορίων δὲ Κλεόλαος καὶ Ἀκρίφιος[4]), Εὐκαμπίδας δὲ καὶ Ἱερώνυμος ἐκ Μαινάλου[5]), Παρρασίων δὲ Ποσσικράτης τε καὶ Θεόξενος[6]) — desunt enim earum civitatium legati, quae nondum ad foedus accesserant. Lycomedes Orchomenum aggreditur (p. $68_{94}$), Agesilaus cum iam hiems esset Mantineam (p. $48_{133}$). Arcades Heraeensium agrum populantur ($103_{131}$).

[1]) Nomina per figuram rhetoricam infra repetita. Πολέας nomen arcadicum. [2]) Hunc Niese et Meyer a Proxeno Xenophonteo diversum esse sumunt, qui iam ante Epaminondae adventum obierit, sed eundem atque legatum, de quo Megalopolitarum decretum (v. a. 205): Πρόξενος Ἄγις Ἀριστοπάμων ad Magnetes ad Maeandrum venerunt, qui ἔδωκαν ἐν τὸν τειχισμὸν τᾶς πόλιος δαρεικὸς τριακοσίος. Kern *Inschr. Magn.* $38_{36}$. Cf. Magnetem in titulo a. 364 Olympiae proposito p. $XIX_{71}$. [3]) v. p. $XVII_{133}$. [4]) Ἀκρί[ς]ιος? [5]) Hos Demosthenes proditores dicit, v. p. $XXI_{21}$. [6]) Cf. foederis arcadici nummos quibus Πο. et Θε. inscriptum est.

Hieme 370/69. Boeotorum et Arcadum foedus. Diod. XV 62, 3, Demosth. XXVII p. 209, v. Scala *Staatsvertr.* 147/152. Epaminondas primum in Peloponnesum profectus. Xen. Hell. VI 5, 22sqq., Diod. XV 62, Plut. Ages. 32, Pelop. 24. Arcades Οἰὸν τᾶς Σκιρίτιδος ceperunt, Thebani Caryas; coniuncti Sellasiam devastaverunt, deinde aliqua oppida ἀτείχιστα. — Athenienses qui Arcadum foedus spreverant Spartanis auxilio miserunt Iphicratem, qui locos aliquot aggressus est (Stymphalum: $75_{74}$). — Arcades tunc iam omnes unitos fuisse probabile est. Xen. Ages. II 24 Ἀρκάδων τε πάντων, Niese *Herm.* XXXIV 1899, 511. Epaminondas Messenae et Magnae urbis condendarum auctor (Preger Inscr. metr. 161 basi statuae Epaminondae in Cadmea positae inscriptum), cf. Meyer *Gesch.* V 953 adn.

ἁμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὴ τέκνα χρόνῳ δέχεται,
Θήβης δ' ὅπλοισιν Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

Cf. Paus. VIII 27, 2 de Pammene ab Epaminonda cum mille Θηβαίων λογάσι misso ἀμύνειν τοῖς Ἀρκάσιν, εἰ κωλύειν πειρῶνται οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν οἰκισμόν, quae ab altera eiusdem Pammenis expeditione (a. 361) diversa esse videntur.

Tum demum decretum ab Arcadibus est, quot oppida in Magnam urbem convenire deberent; excerptum a Pausania VIII 27, 3. 4 (v. infra), citatum VI 12, 8 γενόμενον τότε ὑπὸ τοῦ Ἀρκάδων κοινοῦ δόγμα et iam a Polybio apud Liv. XXXII 5 de Aliphera: 'quia una esset ex iis quae ad condendam Megalen polin ex concilio Arcadum contributae forent' (p. $105_{60}$). Titulus ita dispositus esse videtur, ut primo loco decretum ipsum poneretur, secundo gentes et sub iis oppida, per columnas (duas?) sicut in decreto n. 1. paullo recentiore digesta. Paus. VIII 27, 3:

πόλεις δὲ τοσαίδε ἦσαν ὁπόσας ὑπό τε προθυμίας καὶ διὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων πατρίδας σφίσιν οὔσας ἐκλιπεῖν ἐπείθοντο οἱ Ἀρκάδες·

Ἀ[σ]έα[1]), Παλλάντιον, Εὐταία, Σουμάτειον, Ἰασαία[2]), Περαιθεῖς, Ἑλισσών, Ὀρεσθάσιον, Δίπαια, Λύκαια· ταύτας μὲν ἐκ Μαινάλου·

ἐκ δὲ Εὐτρησίων Τρικόλωνοι καὶ Ζοίτ(ε)ιον καὶ Χαρισία καὶ Πτολέδερμα καὶ Κναῦσον καὶ Παρώρεια·

παρὰ δὲ Αἰγυτῶν καὶ Σκιριτῶν (Ο)ἶον[3]) καὶ Μαλ(έ)α[4]) καὶ Κρῶμ(ν)οι[5]) καὶ Βελεμίνα[6]) καὶ Λεῦκτρον·

Παρρασίων δὲ Λυκοσουρεῖς, Θωκνεῖς, Τραπεζούντιοι, Προ(σ)(υμν)εῖς[7]), Ἀκακήσιον, Ἀκόντι(ον), Μακαρία, Δασέα·

ἐκ δὲ Κυνουρέων[8]) τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Γόρτυς καὶ Θισόα[9]) ἡ πρὸς Λυκαίῳ καὶ Λυκαιᾶται[10]) καὶ Ἀλίφηρα·

ἐκ δὲ τῶν συντελούντων ἐς Ὀρχομενόν· Θισόα[9]), Μεθύδριον, Τεῦθις·

προσεγένετο δὲ καὶ Τρίπολις ὀνομαζομένη· Καλλία καὶ Δίποινα καὶ Νώνακρις.

[1]) Ἀλίαν s. Ἀλέαν codd.; corr. Bursian. [2]) Ita codd., Ἀσέα καὶ Σκιρτώνιον codd., Steph. Byz. s. v., corr. (prius Palmer), Niese *Herm.* XXXIV 1899, 540, 1. [3]) Αἰγυπτίων Sylburg. Cf. Iasum Atalantae Maenaliae patrem. [4]) Μαλαία codd. Μαλέα Krueger ad Clinton Fast. Hell. II 411*b*. [5]) Κρῶμοι codd. [6]) Βλένινα. [7]) Προσεῖς codd., corr. Bursian ex titulo n. 495. [8]) Κυνουρέων *Pa.* Sylburg; quod probum est. [9]) Pausaniam pro sua aetate Θεισόα, ut Εἶρα Εἰλισσὸς alia scripsisse probabile est; librorum pars Θι- praebet, quod tituli exhibent; cf. p. $127_{1}$. [10]) Ita Clavier; quamquam codices Λυκόται (Λυκόρται) exhibent, unde Λυκοᾶται probabilius.

Urbs, quam Magnam appellabant, ut reliquis Arcadiae πόλεσιν praeponeretur, sicut μέγας βασιλεὺς subiectis βασιλεῦσι — etiam Rhodus in titulo serioris aetatis IG XII 1, 839 dicitur ἐν τᾷ μεγάλᾳ πόλει Ῥόδῳ', ut a minoribus Lindo Ialyso Camiro distingueretur — anni 369 aestate condi coepta (370/69 aut 369/8 marmor Parium, ep. 73, p. 19. 121. 187 Jacoby), nec tamen uno die condita est; cf. annos 368. 364. 361; neque enim illis annis pacis rebus vacabant Arcades.

De Ἀρκάδων κοινῇ πολιτείᾳ v. p. $XIV_{16}$ sub Aristotele. Aristonymum a Platone missum διακοσμήσοντα τὴν πολιτείαν tradit Plut. adv. Colotem 32.

369 sqq. [Panticapaei Latychev IPEux. II 4 (Dittenb. Syll.[3] 126 etc.): ἔδοξεν τοῖς Ἀρκάσιν Λεύκωνα [τὸν Σατ]ύρο Παντικαπαΐταν . . . Cur Arcades Cretensium civitatem cum Foucarto *Bull. Hell.* XIII 1889, 183 intelligamus, nulla idonea causa esse videtur Dittenbergero. Nec tamen Arcadum foedus, sed mercennarios in censum venire mihi probatur.]

— Arcadum nummi (Head[2] 445) argentei:

Caput Iovis Lycaei — Pan in rupe sedens et pedum tenens; Æ i. e. Ἀρκ(άδων), in rupe Ο Λ Υ Μ (quid sit dubitatur: artifex? mons Olympus i. q. Lycaeum cf. p. $140_{8}$? an propter Olympia a. 364 ab Arcadibus moderata?) aut Χ Α Ρ Ι (de Charisiorum feriis ceteroquin intra Arcadiam ignotis, vel de Charisia oppido Eutresiorum a Megalopolitanis hausto non satis probabiliter cogitat Head; de artifice *Cat. Brit. Mus.*). stater.

Caput Panis — Ἀρκ (ut supra), syrinx, obolus.

aenei:

idem — idem, ΠΟ(σσικράτης?) et ΘΕ(όξενος?) i. e. οἰκισταὶ Παρρασίων ad Megalopolin condendam electi? Paus. VIII 27, 2, unde quam arcte nummi cum Lycaeo Parrhasiorum monte coniungendi sint apparet 65.

Caput Iovis Lycaei — idem;

syrinx et fulmen, idem — Pan in rupe sedens; Ἀρκ (ut supra) triobolum.

369 aestate: Epaminondas iterum in Peloponnesum profectus. Arcades aliique Thebanorum socii frustra Phliasios aggressi Xen. VII 2, 5—9. Lycomedes Arcadum dux Argivos a Chabria inclusos Epidauri liberat, ad Asinen Laconiae Gelanorem Spartiatam polemarchum vicit et Asinaeorum suburbium vastat Xen. VII 1, 25. Cum Argivis Sicyone Euphronem aliosque praetores eligendos curant, e quibus Euphro brevi post tyrannus fit. Xen. VII 2, 45sq., Diod. XV 70, 3 sub a. 369/8; Meyer V § 960. Cum iisdem Phliasios iterum aggressi sunt: Xen. VII 2, 5—9.

369/8. Victorias de Lacedaemoniis annis 370 et 369 reportatas celebrat donarium Pythio oblatum, quod Delphis vidit et descripsit Pausanias X 9, 5sqq., falsa interpretatione de causa dedicationis adiecta. De statuariis dicit: οἱ δὲ εἰργασμένοι τὰ ἀγάλματα Παυσανίας ἐστὶν Ἀπολλωνιάτης, οὗτος μὲν τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Καλλιστώ, τὴν δὲ Νίκην καὶ τοῦ Ἀρκάδος ⟨τὴν⟩ εἰκόνα ὁ Σικυώνιος Δαίδαλος. Ἀντιφάνης δὲ Ἀργεῖος καὶ Σαμόλας Ἀρκάς, οὗτος μὲν τὸν Τρίφυλον καὶ Ἀζᾶνα, Ἔλατον δὲ καὶ Ἀφείδαντά τε καὶ Ἔρασον ὁ Ἀργεῖος.

Denuo basim invenit Pomtow, cf. *Beitr. Topogr. Delphi* 1889, 54sq. et *Ath. Mitt.* XIV 1889, 15sqq.; XXXI 1906, 461sqq.; Bourguet *Fouilles de Delphes* III, I 4sqq.

Πύθι' Ἄπολλον [ἄ]ναξ, τάδ' [ἀγάλματ' ἔ]δω[κεν ἀπαρχὰς]
αὐτόχθων ἱερᾶς λαὸς ἀ[π' Ἀρκαδ]ίας·
Νίκην Καλλιστώ τε Λυκάον[ιδ]α, τᾶι πο[τ'] ἐμείχθη]
Ζεύς, ἱεροῦ δὲ γένους Ἀρκ[ά]δ' ἔφυσε κό[ρον].
ἐκ τοῦ δ' ἦν Ἔλατος καὶ Ἀφε[ί]δας ἠδὲ κα[ὶ Ἀζάν],
τοὺς δ' Ἐρατὼ νύμφα γείνατ' ἐν Ἀρκαδί[αι]·
Λαοδάμεια δ' ἔτικτε Τρίφυλον, παῖς Ἀ[μύκλαντος],
Γογγύλου ἐκ κούρας δ' ἦν Ἀμιλοῦς Ἔρα[σος].
τῶνδε σοι ἐκγενέται Λακεδαίμονα δηι[ώσαντες]
Ἀρκάδες ἔστησαν μνῆμ' ἐπιγινομένοις.

Καλλιστώ. Παυσανίας ἐποίησε Ἀπολλωνιάτας.
[Νίκ]α - - - - - - - - - - - -
Ἀρκὰς τούσδ' ἐτέκνωσ', οἱ τούτων [δ' ἐκγεγαῶτες] ἔστασαν ἐρείψαντες γᾶν Λακεδα[ιμονίων]. } [Δαίδαλος ἐποίησε Σικυώνιος]
Ἀφείδα[ς]. } [Ἔ]λατος } Ἀντιφάνης ἐπο[ίη]σε Ἀργεῖος.
Ἀζάν. [Σαμ]όλας ἐποίησε Ἀρκάς.
Τρ[ίφ]υλος } [Ἔρασος] } Ἀντιφάν[ης ἐποίησε Ἀργεῖος].

Alia donaria delphica: Pomtow Delphica II 1909, 40sq. (Croenert *Jahresh.* XII 1909, 152). 1) in duobus lapidibus: Θέμις et Καλλιστώ. 2) in basi eiusdem fere aetatis: Ἑταίριχος ⁝ Θή[ρων?]ος [1] Ἀρκὰς ⁝ πρόξεν[ος] [2] ἔγγονος ⁝ Πετήλο ⁝ ἀνέθηκε. [3] Νικόδαμος ἐποίησε. Nicodemus iam a. 420 statuam fecit; hanc vix ante annum 370 sculpsisse videtur; interpunctio velut in stela tegeatica n. 1, anni 362/1.

368. Archidamus Caryas delevit, Parrasiam vastavit, ad Maleam (v. p. 129,) Arcades devicit Xen. VII 1, 28—32. Diod. XV 72 (368/7): ἄδακρυς μάχη. Plut. Ages. 23. Res Spartanorum in gloriam ab Arcadum inimicis exaggerata est, ut pugnae Leuctricae ignominia deleretur. Tum demum Megalopolin conditam esse tradit Diodorus l. l.: μετὰ δὲ τὴν μάχην οἱ Ἀρκάδες, φοβηθέντες τὰς τῶν Λακεδαιμονίων εἰσβολάς, ἔκτισαν ἐπί τινος ἐπικαίρου τόπου τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν, συρρίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας εἴκοσι (μ′ Parisinus, cf. Paus. VIII 27) τῶν ὀνομαζομένων Μαιναλίων καὶ Παρρασίων Ἀρκάδων. Diodoro fidem habuit Niese *Herm.* XXXIV 1899, 527 sqq.; improbat Meyer § 953 adn.; defendit Niese *Herm.* XXXIX 1904, 121 sqq. Clade multos in urbis moenia, si quae iam tunc exstructa erant, compulsos esse per se veri simile est; sed confer annos 363—361.

367 auctumno: Meyer V § 959 adn. Antiochus Lepreates ὁ παγκρατιαστής, cuius statuam Olympiae fecit Nicodemus Maenalius (Paus. VI 3, 9), cum Pelopida Thebano, Eleis, Argivis, Atheniensibus, Lacedaemoniis ad Persarum regem legatus, sed ὅτι ἠλαττοῦτο τὸ Ἀρκαδικόν, nuntiavit πρὸς τοὺς μυρίους regis opes esse spernendas. Concilio Graecarum Thebis habito Lycomedes Arcas et πάντες οἱ ἐξ Ἀρκαδίας πρέσβεις discordes abierunt; Thebani frustra legatos ἐπὶ τὰς πόλεις miserunt. Xen. VII 1, 33—39. De pacto ipso v. Scala l. l. 155, 161.

Antiochus num idem qui n. 450?

366. Αἰνέας Στυμφάλιος στρατηγὸς τῶν Ἀρκάδων γεγενημένος, Sicyoniorum arcem occupat, Euphronem expellit Xen. VII 3, 1. Euphro cum Charete Atheniensi portum Sicyonium retinet; sed revocato Charete (c. 4, 1) portus a Sicyoniis et Arcadibus capitur.

Λυκομήδης ... πείθει τοὺς μυρίους πράττειν περὶ συμμαχίας πρὸς (Ἀθηναίους). Ipse Athenas missus foedus atticum pepigit, quo Athenienses τοῖς Ἀρκάσι πέμπειν ἠναγκάζοντο τοὺς ἱππέας ἐπικούρους διὰ τὴν συμμαχίαν, εἴ τις στρατεύοιτο ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν· τῆς δὲ Λακωνικῆς οὐκ ἐπέβαινον ἐπὶ πολέμῳ (v. Scala l. l. 157, 164). Navi rediens in portu ab exulibus necatur Lycomedes; foedus integrum mansit. Xen. VII 4, 2—6.

366 s. 365 initio? Dionysius alter Syracusanus Lacedaemoniis auxilia misit, quae Sellasiam συνεξαιρεῖ αὐτοῖς (ad id tempus ab Arcadibus captam). Xen. VII 4, 12.

366 s. 364? Lysistratus cum copiis ab Atheniensibus auxilio ad Arcades missus. Xen. πόροι 3, 7: ὡς πολλὰ μὲν εἰσήνεγκεν ἡ πόλις ὅτε Ἀρκάσιν ἐβοήθει ἐπὶ Λυσιστράτου ἡγουμένου, πολλὰ δὲ ἐπὶ Ἡγησίλεω (v. 362). Kirchner Prosop. 9598: 'hoc factum est a. 366, Xen. Hell. VII 4, 6 aut a. 364, Xen. Hell. VII 4, 29. Schaefer *Dem.* I[2] 112, 4'.

365. Bellum Eleum: καταλαμβάνουσιν οἱ Ἠλεῖοι Λασιῶνα τὸ μὲν παλαιὸν ἑαυτῶν ὄντα, ἐν δὲ τῷ παρόντι συντελοῦντα εἰς τὸ Ἀρκαδικόν (13). Hinc Eleorum et Arcadum bellum; Elei victi. (14) Arcades ἐπορεύοντο ἐπὶ τὰς τῶν Ἀκρωρείων πόλεις. λαβόντες δὲ ταύτας πλὴν Θραύστου ἀφικνοῦνται εἰς Ὀλυμπίαν, καὶ περισταυρώσαντες τὸ Κρόνιον ἐνταῦθα ἐφρούριον καὶ ἐκράτουν τοῦ Ὀλυμπιακοῦ ὄρους· ἔλαβον δὲ καὶ Μαργανέας ... Eleorum populares Elide expulsi cum Arcadibus Πύλον occupaverunt (Diod. XV 77. Κυπαρισσίαν καὶ Κορυφάσιον). Achaei Elidem ipsam contra Arcades defendunt. Arcades Ὄλουρον capiunt; postea expulsi. Xen. VII 4, 12—18.

364. Elei propre Cyllenen portum ab Arcadibus victi. Archidamus Cromnum cepit, Arcades castellum recuperaverunt (p. $128_{70}$). Arcades cum Pisatis Olympiorum διετίθεσαν τὴν πανήγυριν (Diod. XV 78: τὴν ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι). Inter ludos Elei cum sociis aggressi in ipsa Altide primo vicerunt, tamen Elidem abierunt; Arcades Olympiam retinuerunt. Xen. Hell. VII 19—32, cf. Paus. VI 4, 2; 8, 3; 22, 3.

— Arcadum decretum Olympiae propositum (*Inschr. Olymp.* 31) Formae Α Β Γ ⊕ Ν Λ Ρ Σ V.

[Ἀρκάδες τοῖσδε ἔ]δōκαν, οἳ τὸ χρύσ[ε]ον
[..... ἐπεσκεύ]ασαν τὸ ℎιερὸν τō Διός,
[τιμάν(?), ὥστε ἔ]ναι αὐτὸς καὶ γενεὰν
[Ἀρκάδōν προ]ξένōς καὶ εὐεργέτας·
........πος Θεοδότō Μάγνης
....... ἔν Θēβαῖος
....... ς Συρακόσιος
........ Σεκυό[νι]ος
........ ς Ἀργεῖος
.......... κλέος καὶ Ὀλυμπιοδό-
[ρō ℎαλλαν]οδικόντοιν.

Vs. 5 ἀπὸ Μαιάνδρου intelligit Kern *Inschr. Magn.* p. XX; cf. p. $XVIII_{20}$.

— proxenia Olympica (*Inschr. Olymp.* 36, Dittenb. Syll.[2] 98; Weil *Z. Numism.* XXII 1900, 7): θεός. Τύχα ⁝ πρό[ξ]ενοι [2] θεαροδόκοι ⁝ Κλέανδρος [3] Σωκ[λῆς] ⁝ Πισατᾶν ⁝ αὐτο[4]ὶ κα[ὶ γέ]νος ⁝ Σεκυώνιοι, [5] ὑπὸ ἑλ[λα]νοδ[ι]κᾶν ⁝ Ἀγιάδ[6]ας ⁝ Φίλ[ων Λ]υκομή[δ]εος, [7] Βάθυλ[λος Κλ]εομ[ά]χω. Hellanodicae Arcades fuisse videntur; cf. p. $49_{18}$.

363. Mantiniensium et foederis discordia Xen. VII 4, 33 χρωμένων δὲ τοῖς ἱεροῖς χρήμασι τῶν ἐν τοῖς Ἀρκάσιν ἀρχόντων, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπαρίτους τρεφόντων, πρῶτον Μαντινεῖς ἀπεψηφίσαντο μὴ χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι (nummi aurei Γ Ι Σ Α Weil *Z. Numism.* XXII 1900, 10). καὶ αὐτοὶ τὸ γιγνόμενον μέρος εἰς τοὺς ἐπαρίτους (de ἐπαρίτοις cf. Hesych. ἐπαρόητοι· τάγμα Ἀρκαδικὸν μαχιμώτατον καὶ οἱ παρὰ Ἀρκάσι δημόσιοι φύλακες, et Stephani B. s. v. Ἐπαρῖται nugas, qui Xenophontem, Ephorum, Androtionem affert) ἐκ τῆς πόλεως ἐκπορίσαντες ἀπέπεμψαν τοῖς ἄρχουσιν. οἱ δὲ ἄρχοντες φάσκοντες αὐτοὺς λυμαίνεσθαι τὸ Ἀρκαδικόν, ἀνεκαλοῦντο εἰς τοὺς μυρίους τοὺς προστάτας αὐτῶν· καὶ ἐπεὶ οὐχ ὑπήκουον, κατεδίκασαν αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐπαρίτους ἔπεμπον ὡς ἄξοντας τοὺς κατακεκριμένους. οἱ μὲν οὖν Μαντινεῖς κλείσαντες τὰς πύλας οὐκ ἐδέχοντο αὐτοὺς εἴσω. 34 ἐκ δὲ τούτου τάχα δὴ καὶ ἄλλοι τινὲς ἔλεγον ἐν τοῖς μυρίοις ὡς οὐ χρὴ τοῖς ἱεροῖς χρήμασι χρῆσθαι οὐδὲ καταλιπεῖν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον τοῖς παισὶν ἔγκλημα τοῦτο πρὸς τοὺς θεούς. ὡς δὲ καὶ ἐν τῷ κοινῷ ἀπέδοξε μηκέτι χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι, ταχὺ δὴ οἱ μὲν οὐκ ἂν δυνάμενοι ἄνευ μισθοῦ τῶν ἐπαρίτων εἶναι διεχέοντο, οἱ δὲ δυνάμενοι παρακελευσάμενοι αὐτοῖς καθίσταντο εἰς τοὺς ἐπαρίτους ..., γνόντες δὲ οἱ τῶν ἀρχόντων διακεχειρικότες τὰ ἱερὰ χρήματα ὅτι εἰ δώσοιεν εὐθύνας, κινδυνεύσοιεν ἀπολέσθαι, πέμπουσιν εἰς Θήβας καὶ διδάσκουσι τοὺς Θηβαίους, ὡς, εἰ μὴ στρατεύσοιεν, κινδυνεύσοιεν οἱ Ἀρκάδες πάλιν λακωνίσαι. 35 καὶ οἱ μὲν παρεσκευάζοντο ὡς στρατευσόμενοι· οἱ δὲ τὰ κράτιστα τῇ Πελοποννήσῳ βουλευόμενοι ἔπεισαν τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων πέμψαντες πρέσβεις εἰπεῖν τοῖς Θηβαίοις μὴ ἰέναι σὺν ὅπλοις εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, εἰ μή τι καλοῖεν. Ipsi Iovi Olympio pecuniam reddiderunt, pacem cum Eleis pepigerunt. 36 γενομένων δὲ τῶν ὅρκων, καὶ ὀμοσάντων τῶν τε ἄλλων ἁπάντων καὶ τῶν Τεγεατῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Θηβαίου, ὃς ἐτύγχανεν ἐν Τεγέᾳ ἔχων τριακοσίους ὁπλίτας τῶν Βοιωτῶν, Arcades Tegeae pacem celebrabant; Thebanus vero σὺν τοῖς Βοιωτοῖς καὶ τοῖς ὁμογνώμοσι τῶν ἐπαρίτων ... συνελάμβανον τοὺς βελτίστους. ἅτε δὲ ἐκ πασῶν τῶν πόλεων παρόντων τῶν Ἀρκάδων, multi erant praeter Mantinienses qui domum abierant. Mantinienses effecerunt ut omnes dimitterentur, quod improbavit Epaminondas. 39. 40 cf. Diod. XV 82 sqq. (363/2, inclusa pugna ad Mantineam commissa). § 2: γενομένων οὖν δυεῖν ἑταιριῶν, συνέβαινε τῆς μὲν τοὺς Τεγεάτας, τῆς δὲ τοὺς Μαντινεῖς ἡγεῖσθαι. Nota Megalopolim non commemorari, omniaque Tegeae agi, unde apparet, nondum constitutam nec satis munitam tunc fuisse magnam urbem.

362. Arcades discordes. Μαντινεῖς τε καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων οἱ κηδόμενοι τῆς Πελοποννήσου, ut Xenopho dicit maligne, et Elei Achaeique, legatos et Athenas et Spartam miserunt, ut auxilium peterent; sed dum haec agebantur, Thebani venerunt: Xen. VII 5, 1—3. Nihil igitur ante pugnam pactum erat.

— Epaminondas in Peloponnesum profectus. Socii Arcadum Τεγεᾶται καὶ Μεγαλοπολῖται καὶ Ἀσεᾶται καὶ Παλλαντιεῖς καὶ εἴτινες δὴ πόλεις διὰ τὸ μικραί τε εἶναι καὶ ἐν μέσαις ταύταις οἰκεῖν ἠναγκάζοντο. Xen. VII 5, 4. 5 Mantinea Atheniensium equites comiter accipit. Athenienses equites ad Mantineam vincunt[1]).

[1]) Equitum certamen fuit σίτου συγκομιδῆς οὔσης, quam inter diem XX m. Iunii et finem m. Iulii Mantinensium in campo hodieque fieri testis est oculatus Fougères *Mantinée* 56; unde temporum rationem recte definivit Foucart *Rev. arch.* 1898 II 313 sqq.

— in. Scirophorionis die XII, die XXVI m. Iunii. Pugna ad Mantineam commissa. Kromayer *Schlachtf.* I 100 sqq. 113.

— Non ante diem XXVI m. Iulii ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος συμμαχία Ἀθηναίων καὶ Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Ἠλείων καὶ Φλειασίων. IG II [1]112 = [2]112. Foucart *Rev. arch.* 1898 II 313 sqq.

363 vere. Arcadum foedus testatur tit. delphicus: Bourguet *Bull. Hell.* XXVII 1903, 14 sqq. 23. I [1] ἐπὶ Αἰσ[χύλου (= 364/3) ἄ]ρχοντος [2] τᾶς [ἠ]ρινᾶς πυλαίας τρίτας [3] καὶ δ[ε]κ[ά]τας sequuntur primo urbes, deinde privati qui delphico deo stipes attulerunt: I [42] Σάραυκος Ἀρκὰς δραχμὰς δύο, [43] Κότταβος Ἀρκὰς δραχμὰς τρεῖς, [48] Ἐπίχαρμος Ἀρκὰς δραχμάν. Cf. Pomtow *Klio* VIII 1908, 193.

363 auctumno. Bourguet l. l. II [30] ἐπὶ Μ[να]σιμάχου [31] ἄρχον[τ]ος (363/2), τᾶς ὀπω[32]ρινᾶς πυλαίας, τετάρτας [κα]ὶ [34] δεκάτας ... III [1] [τάδε πόλεις] κα[ὶ] ἰδιῶται ἐπάρ[2]ξαντο ταύται τᾶι πυλαίαι· [5] Ὀβαλὸς Ἀρκὰς [6] δραχμάν. [7] Ἀλέξιππος [8] Ἀρκὰς δραχμάν ... [45] Φιγαλεῖς Ἀρκάδες [46] δραχμὰς [47] ἑβδεμήκοντα. [50] Μεγαλοπολῖται [51] ἐξ Ἀρκαδίας [52] δραχμὰς διακοσίας, [53] ἤνικεν Νικόλοχος [54] Προξένου. [55] Νικόλοχος [56] Προξένου [57] δραχμάν, qui Proxenus pater a Tegeata Megalopolis conditore non diversus fuisse videtur (Bourguet). [58] Καλλίδαμος Ἀρκὰς δραχμὰς δύο.

362/1. Pax Graecorum omnium. Polyb. IV 33, 8. 9: ἐπὶ τοσοῦτο διέσπευσαν Μεγαλοπολῖται καὶ πάντες οἱ κοινωνοῦντες Ἀρκάδων τῆς αὐτῶν συμμαχίας ὥστε Μεσσηνίους μὲν ὑπὸ τῶν συμμάχων προσδεχθῆναι καὶ μετασχεῖν τῶν ὅρκων καὶ διαλύσεων, Λακεδαιμονίους δὲ μόνους ἐκσπόνδους γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων Diod. XV 85. 94. v. Scala *Staatsvertr.* 175.

— Post Atheniensium et Arcadum foedus Tegeae, nondum Megalopoli, Arcadum βουλή, i. e. L δαμιοργοί, et μύριοι Phylarchum Lysicratis f. Atheniensem honoraverunt. Damiurgi: Tegeatae 5, Maenalii 3, Lepreatae 2, Megalopolitae 10, Mantinienses 5, Cynurii 5, Orchomenii 5, Cletorii 5, Heraeenses 5, Thelphusii 5. Desunt Stymphalii Aleatae Pheneatae Psophidii Phigalienses. — Cf. Tegeatarum nummos, quibus inscriptum Ἀρκ(αδικόν). Head[2] 455.

362sqq. Pheneatarum, Stymphaliorum, aliorum stateres denuo cusi. Head l. l. 445.

362/1 sqq. Cleonaeorum arbitrio τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων et ἁ πόλις τῶν Στυμφαλίων multas (καταδίκας) solverunt [ἐ]κ τοῦ ἀγῶνος. Ad pecuniam sacram Iovi Olympio redditam pertinere censuit Fraenkel *SB. Ak. Berl.* 1898, 635sqq., assensus est Niese *Herm.* XXXIV 1899, 525 adn. 3; propter auri copiam ad Alexandri aetatem rettulit Weil *Z. Numism.* XXII 1900, 13sqq. (probaverunt Meyer § 969 adn. Beloch alii), de Nemeis agi ratus prope Cleonas actis. Sed credibile non duxit Fraenkel (a. 1902 ad IG IV 616) saeculo quarto sicut Olympiae etiam Nemeae laesis ludis Arcades permagna contraxisse debita eiusque rei plane intercidisse memoriam; neque putandum esse pecunias debitas solvendas fuisse auro; sic autem eas potuisse computari vix negari posse, cum de nummis aureis tum Olympiae effectis constaret ex ipsius Weilii sententia. — Nec facere possum, quin Fraenkelii sententiam probem. Enumerantur in hoc catalogo, cuius finis deest, octo καταδίκαι, quas τὸ κοινὸν Ἀρκάδων solvit, prima quaeque ἱα(ρά), altera quaeque τι(μά). 1) vs. 4: Θ, .. 2) vs. 6: Θ, Χ χρ(υσοῖ). 3) vs. 8: Θ, [Χ... χρ.]. 4) vs. 10: [Θ, Χ χ]ρ. 5) vs. 12: Θ, [.. χρ.]. 6) vs. 13 Θ, Χ [Θ] Θ [Θ] Θ χρ. 7) vs. 17: [Θ, Χ] Χ χρ. 8) vs. 19: [Θ], Θ Θ Θ Ο Ο Ο [... χρ.] unde efficiuntur ἱα(ραί) 800 χρ(υσοῖ), τι(μαί) plus 8000 χρ(υσοῖ). — ἁ πόλις Στυμφαλίων solvit 1) vs. 6: Θ, Χ. 2) vs. 11: Θ, Χ Θ Θ Θ Θ. 3) vs. 15: [Θ, Χ Χ Χ.] Θ Θ Θ Θ Γ Ο :::: ☰ ☰. 4) vs. 20 ..? unde efficiuntur ἱα(ραί) 400?, τι(μαί) plus 6000? Totum additis lacunis Fraenkelius 20000 fere χρυσῶν, 400000 fere drachmarum computat. Quae post pugnam Mantiniensem demum annuis (vel semenstribus, sicut a Phocensibus: Dittenberger Syll.[2] 141sqq.) intervallis plus octo soluta esse videntur.

361 vere. Titulus Delphicus discordiae testimonium. Bourguet *Bull. Hell.* XXVII 1903, 21 B (ἐαρινᾶς πυλαίας ἑβδόμας καὶ δεκάτας? cf. p. 22 vs. 21 sqq.) Ἀργυρολόγοι II [4]..... τος Μαντινεὺς [5][δραχμ]άν. [21]..... τος Παλλαντεὺς [δύο ὀδ]ελούς. [22]..... λης Θισοαῖος [ἐκ Μεγ]άλας πόλιος [23][δραχμ]ὰς δύο. Sequuntur decem alii Μεγαλοπολῖται in his .... ίδαμος, .... μβροτος, ..... κλείδας, ..... σος, ..... ας, ....... δας, ....... ας.

361 aestate. Magnae urbis συνοικισμὸς perfectus est. Diod. XV 94. κατὰ δὲ τὴν Πελοπόννησον τοῖς Ἀρκάσι γενομένης εἰρήνης κοινῆς μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἐνιαυτὸν μόνον ἐμμείναντες τοῖς ὅρκοις πάλιν κατέστησαν εἰς πόλεμον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ὅρκοις ἦν γεγραμμένον ἑκάστους εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀπιέναι πατρίδα μετὰ τὴν μάχην, εἰς δὲ τὴν Μεγάλην πόλιν ὑπῆρχον αἱ περιοικοῦσαι πόλεις μετῳκισμέναι καὶ δυσχερῶς φέρουσαι τὴν ἐκ τῆς πατρίδος μετάστασιν. διόπερ αὐτῶν ἐπανελθόντων εἰς τὰς προγεγενημένας πόλεις, οἱ Μεγαλοπολῖται συνηνάγκαζον ἐκλιπεῖν τὰς πατρίδας. διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν γενομένης διαφορᾶς, οἱ μὲν ἐκ τῶν πολισμάτων ἠξίουν αὐτοῖς βοηθεῖν Μαντινεῖς καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων ...., ἔτι δὲ Ἠλείους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετεσχηκότας (ἔτι δὲ τῶν ἄ. Ἀ-δων τοὺς μ-ότας Vogel) τοῖς Μαντινεῦσι συμμαχίας· οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται τοὺς Θηβαίους παρεκάλουν συμμαχεῖν. οἳ ἀπέστειλαν συντόμως ὁπλίτας μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους, ὧν τὴν στρατηγίαν εἶχε Παμμένης. οὗτος δὲ παρελθὼν εἰς Μεγάλην πόλιν, καὶ τῶν πολισμάτων ἃ μὲν ἐκπορθήσας, ἃ δὲ καταπληξάμενος, συνηνάγκασεν εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν μετοικῆσαι. Paus. VIII 27, 5. τὸ μὲν δὴ ἄλλο Ἀρκαδικὸν οὔτε τι παρέλυε τοῦ κοινοῦ δόγματος καὶ συνελέγοντο ἐς τὴν Μεγάλην πόλιν σπουδῇ· Λυκαιᾶται δὲ καὶ Τρικολωνεῖς καὶ Λυκοσουρεῖς τε καὶ Τραπεζούντιοι μετεβάλοντο Ἀρκάδων μόνοι, καὶ — οὐ γὰρ συνεχώρουν ἔτι τὰ ἄστη τὰ ἀρχαῖα ἐκλιπεῖν — οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ἄκοντες ἀνάγκῃ κατήγοντο ἐς τὴν Μεγάλην πόλιν, Τραπεζούντιοι δὲ ἐκ Πελοποννήσου τὸ παράπαν ἐξεχώρησαν (v. p. $128_{25}$). Λυκοσουρεῦσι δὲ καὶ ἀπειθήσασιν ἐγένετο ὅμως παρὰ τῶν Ἀρκάδων αἰδὼς Δήμητρός τε ἕνεκα καὶ Δεσποίνης ἐλθοῦσιν ἐς τὸ ἱερόν. 7 τῶν δὲ ἄλλων τῶν κατειλεγμένων πόλεων αἱ μὲν ἐς ἅπαν εἰσὶν ἐφ' ἡμῶν ἔρημοι, τὰς δὲ ἔχουσιν οἱ Μεγαλοπολῖται κώμας, Γόρτυνα Διποίνας Θισόαν τὴν πρὸς Ὀρχομενῷ Μεθύδριον Τεῦθιν Καλλιὰς Ἑλισσόντα (addita de Alipheris et Pallantio urbibus ad seriora tempora spectant).

360? Ξένων Καλλιτέλους ἐκ Λεπρέου τοῦ ἐν τῇ Τριφυλίᾳ παῖς σταδιοδρόμος Olympiae vicit; statuam fecit Πυριλάμπης Μεσσήνιος Paus. VI 15, 1; Hyde Olympionicae 31 et 18, 141.

353/2. (ἐπὶ Θουδήμου Dionys. ad Amm. I 4). Lacedaemonii et Arcades Athenas legatos miserunt, ut sibi quique socios conciliarent Athenienses. Demosthenis or. XVI ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν. Dicit (§ 16) Lacedaemonios velle Ἠλείους μὲν τῆς Τριφυλίας τινὰ κομίσασθαι, Φλιασίους δὲ τὸ Τρικάρανον, ἄλλους δέ τινας τῶν Ἀρκάδων τὴν αὐτῶν (scilicet ut Megalopolim relinquerent oppidula sua petituri). § 4: Λακεδαιμονίους δ' εἰ ποιήσονται τὴν Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πόλιν αἱρήσουσι, cf. 30 τοὺς Μεγαλοπολίτας, ἐὰν μὲν ἀναιρεθῶσι καὶ διοικισθῶσιν 28 Megalopolitae et Thebani etiamnunc foedere coniuncti. Demosthenes Athenienses admonet ne neutris nimis faveant, Megalopolitis nisi foedus Thebanis renuntiarent, Lacedaemoniis nisi pacem agerent et Megalopolitas incolumes sinerent (§ 27 sqq.). — Res a Diodoro (v. infra) narratae demonstrant neque Athenienses neque Arcades neque Lacedaemonios Demostheni adsensos esse.

352. Arcadum et Lacedaemoniorum bellum. Diod. XVI 39 Λακεδαιμόνιοι πρὸς Μεγαλοπολίτας διαφερόμενοι τὴν χώραν αὐτῶν κατέδραμον Ἀρχιδάμου τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντος· οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται ... παρὰ τῶν συμμάχων μετεπέμψαντο βοήθειαν. Ἀργεῖοι μὲν οὖν καὶ Σικυώνιοι καὶ Μεσσήνιοι πανδημεὶ κατὰ τάχος ἐβοήθησαν, Θηβαῖοι δ' ἀπέστειλαν πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους, στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Κηφισίωνα. Μεγαλοπολῖται μὲν οὖν μετὰ τῶν συμμάχων ἐκστρατεύσαντες κατεστρατοπέδευσαν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Ἀλφειοῦ ποταμοῦ· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τρισχιλίους μὲν πεζοὺς παρὰ Φωκέων προσελάβοντο, ἱππεῖς δὲ ... κατεστρατοπέδευσαν περὶ Μαντίνειαν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ πόλιν Ὀρνεὰς τῆς Ἀργείας καταντήσαντες ἔφθασαν αὐτὴν ἐκπολιορκήσαντες πρὸ τῆς τῶν πολεμίων παρουσίας, οὖσαν σύμμαχον τῶν Μεγαλοπολιτῶν. ... Λακεδαιμόνιοι δ' εἰς τὴν Ἀρκαδίαν ἐμβαλόντες καὶ πόλιν Ἑλισσοῦντα κατὰ κράτος ἑλόντες καὶ διαρπάσαντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Σπάρτην. μετὰ δέ τινα χρόνον οἱ Θηβαῖοι μετὰ τῶν συμμάχων ἐνίκησαν τοὺς πολεμίους περὶ Τέλφουσαν ... μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον ἄλλαις δυσὶ μάχαις προετέρησαν καὶ τῶν ἐναντίων οὐκ ὀλίγους κατέβαλον. — τὸ δὲ τελευταῖον τῶν Λακεδαιμονίων ἀξιολόγῳ μάχῃ νικησάντων, αἱ δυνάμεις ἀμφοτέρων εἰς τὰς οἰκείας πόλεις ἐπανῆλθον. ἔπειτα τῶν Λακεδαιμονίων ποιησαμένων ἀνοχὰς πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐπανῆλθον εἰς τὴν Βοιωτίαν οἱ Θηβαῖοι. Easdem res attigit Pausanias VIII 27, 9. 10.

348/7 hieme. Aeschines in Arcadiam legatus. Aesch. parapr. 79 τὴν ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Ἀρκαδίᾳ δημηγορίαν καὶ πρεσβείαν ... ἐγὼ δ' ἐν μὲν τῷ πολέμῳ συνίστην, καθ' ὅσον ἦν δυνατός, Ἀρκάδας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον [1]). Demosth. XIX 10 διαφθείροντά τινας (Αἰσχίνην) τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ προεστηκότων ... 11 καὶ ἀπαγγέλλων μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Μεγάλῃ πόλει πρὸς Ἱερώνυμον [2]) τὸν ὑπὲρ Φιλίππου λέγονθ' ὑπὲρ ὑμῶν ἔφη δεδημηγορηκέναι ... 261 Arcades Φίλιππον θαυμάζουσι καὶ χαλκοῦν ἱστᾶσι καὶ στεφανοῦσι, καὶ τὸ τελευταῖον, ἂν εἰς Πελοπόννησον ἴῃ, δέχεσθαι ταῖς πόλεσιν εἰσὶν ἐψηφισμένοι. 303 Ἴσχανδρος Arcas. 305 Ἀτρεστίδας [3]) Arcas.

[1]) Haec partem modo Arcadum spectare censet Niese *Herm.* XXXIV 1899, 526. [2]) Idem atque Maenalius Megalopoleos κτίστης? Herthum p. 72; Isocratis discipulus: schol. Demosth. 344, 8. 13. [3]) Idem n. $1_{27}$?

c. 347 a. Chr. Ps. Scylax 43 παράπλους δὲ τῆς Ἠλείων χώρας ἄχρι ἐπὶ τοὺς Λεπρεατῶν ... (lacuna) ... στάδια υ'. 44 Ἀρκαδία. μετὰ δὲ Ἦλιν Ἀρκαδία ἔθνος ἐστί. καθήκει δὲ ἡ Ἀρκαδία ἐπὶ θάλατταν κατὰ Λέπρεον ἐκ μεσογείας. εἰσὶ δὲ αὐτῶν πόλεις ἐν μεσογείᾳ αἱ μεγάλαι αἵδε· Τεγέα, Μαντίνεια, Ἡραία, Ὀρχομενός, Στύμφαλος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις. παράπλους δὲ τῆς Λεπρεατῶν χώρας στάδια ρ' [1]).

Megalopolin excidisse per errorem dixerat Clausen, 'cum paullo ante eius locum dictum sit πόλεις αἱ μεγάλαι'. Dicaearch. ap. Cic. ad Att. VI 2: 'Arcadiae censebant esse Lepreon quoddam maritimum'.

[1]) i. e. fere a Nedae ostio usque ad Samicum.

346. Diod. XVI 63 Phocensium superstites cum Eleorum exulibus contra Eleos pugnaverunt. Ἀρκάδων δὲ συναγωνισαμένων τοῖς Ἠλείοις καὶ μάχῃ νικησάντων τοὺς φυγάδας etc.

346 aut insequentibus annis Amphictiones Megalopolitis et Messeniis εὐεργεσίας honorem decernunt; sed recusasse videntur, ne reciperentur in amphictioniam. *Didymus* ed. Diels-Schubart 1904, 15 c. 4, 1; cf. Foucart *Études sur Didymos* 1906, 89sqq; Croenert *Rhein. Mus.* LXII 1907, 381 (cf. Kahrstaedt *Forschungen* 90). [- - εὐεργέτης τοῦ θεοῦ καὶ τῶν Ἀ]μφικτυόνων καὶ μετασχὼν τῆς Ἀ[μ]φικτυονείας [κατὰ] ψήφισμα τόδε· ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτύοσιν· ἐπει[δ]ὴ Μεγαλοπολῖται καὶ Μεσσήνιοι ἠξίωσαν εὐ[ε]ρ[γέτ]α[ι] τοῦ

θεοῦ καὶ τῶν Ἀμφικτυ[ό]νων ἀναγραφῆνα[ι] καὶ [κληθῆν]αι [1]) Ἀμφικτύονες, ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς, [ὅτι] περὶ μὲν τῆς Ἀμφικτυονείας ἐπανενεγ[κόντες] εἰς τὰς πόλεις ἕκαστοι βουλεύσον[τ]αι καὶ εἰ[ς τὴν] ἐ[ρ]χομένην πυλαίαν ἀποκρινοῦνται [αὐτ]οῖς ὑπὲρ τούτων· εὐεργέτας δὲ τοῦ θεοῦ καὶ [τ]ῶν Ἀμφικτυόνων δεδόχθ[α]ι αὐ[τ]ούς· ἀποκρίνασθαι δὲ [[καὶ τοῖς?] Ἠλίοις [2]), ὅτι ἀ[ρ]κεῖ τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἀ[ναγραφῆν]αι αὐτοὺς εὐε[ργ]έτας τοῦ θεοῦ καὶ [τ]ῶν [Ἀμφικτυ]όνων, καθάπερ [αἰτ]οῦνται.

[1]) [κληθῆ]ναι D.-S., ꓶ i. e. π sive ς Cr. [2]) [καὶ .....]ς̣τοις D.-S., [καὶ Ἀργ]είοις Arnim, ]Ἠ̣λ̣ίοις ὅτι α Cr., quare ἀ[ρ]κεῖ, non δ[ο]κεῖ scripsi.

343/2. Arcadum bipartitorum et Atheniensium contra Philippum foedus: schol. Aesch. III 83. Ἀθηναῖοι ἐπὶ Πυθοδότου ἄρχοντος τῷ β′ ἔτει τῆς ρθ′ Ὀλυμπιάδος Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος ιη′ ὑποπτευομένης λυθήσεσθαι τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης ἔπεμψαν πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος πρεσβείας περὶ συμμαχίας ... ἐγένοντο μὲν οὖν αὐτοῖς τότε σύμμαχοι Ἀχαιοί, Ἀρκάδες οἱ μετὰ Μαντινέων, Ἀργεῖοι, Μεγαλοπολῖται, Μεσσήνιοι. Cf. Niese *Herm.* XXXIV 1899, 526, 3. Stelae caput: IG II² 225.

338. Arcades, imprimis Megalopolitae, quorum duces Κερκίδας [1]), Ἱερώνυμος (v. iam sub a. 347), Εὐκαμπίδας (cf. n. $349_1$, a. 320?), Macedonibus favent. Demosth. XVIII 295. Philippus ipse in Arcadiam venit (Paus. VIII 7, 4, p. $49_{69}$), in Magna urbe στοὰν Φιλίππειον dedicat: VIII 30, 6. 'Ex decreto vetere Achaeorum' immo Graecorum Megalopolitis 'ager Belbinates restitutus' Liv. XXXVIII 34, 8, alia Tegeatis. Polyb. XVIII 14; *Inschr. Olymp.* $47_{10}$: αἵ τ' ἐν τοῖς Ἕλλησιν καὶ συμμάχοις γεγενημέναι πρότερον κρίσεις.

De Spartae et Messenae rebus inde ab hoc anno gestis ad Kolbii prolegomena, IG V 1, relego.

[1]) Nomen etiam apud Iones occurrit Κ. Νικοφάντου Σερίφιος πρόξενος Δηλίων Roussel IG XI 639. Contra dubium Herodiani testimonium quod Κερκιδᾶς postulare videtur (Meineke Anal. Al. 388 adn. 1), probabiliorem scriptionem Κερκίδας restitui (cf. Bechtel-Fick *GP* 161, contra Bechtel *Spitzn.* $33_3$); hypocoristica in -ᾶς ab Arcadia aliena esse Wilamowitzius monet.

336/5. Ἄρχοντος Δίωνος (I) Pomtow per epistulam. Φιλόξενος Φιλοξενίδα Ἀρκὰς Μεγαλοπολίτας Delphorum proxenus. Supra decretum compendium Ꝛ i. e. Ἀρκάδων. Scriptio στοιχηδόν. Homolle *Bull. Hell.* XXIII 1899, 376.

335. Arcades quidam Thebanis contra Alexandrum Philippi opem ferre ausi ad Isthmum modo venerunt; Thebis dirutis reos morte puniverunt. Niese I 57 adn. 7. Aeschin. III 240 (πάντων Ἀρκάδων ἐξεληλυθότων). Dinarch. in Demosth. 18. Arr. I 10, 1. Schaefer *Demosth.*² III 133 sq.

332/1. Agidis contra Antipatrum bellum. Aesch. in Ctes. 165 Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ τὸ ξενικὸν ἐπέτυχον μάχῃ καὶ διέφθειραν τοὺς περὶ Κόρραγον στρατιώτας, Ἠλεῖοι δ' αὐτοῖς συμμετεβάλοντο (συνεπελάβοντο *Flor.*) καὶ Ἀχαιοὶ πάντες πλὴν Πελληναίων καὶ Ἀρκαδία πᾶσα πλὴν Μεγάλης πόλεως, αὕτη δὲ ἐπολιορκεῖτο καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπίδοξος ἦν ἁλῶναι.

331. Postquam Agis ad Megalopolin ab Antipatro victus cecidit, Antipater (Curtius VI 1, 19) 'Graecorum concilium, quid fieri placeret, consuluit. A quo ... Megalopolitanis, quorum urbs obsessa erat a defectionis sociis, Achaei et Elei centum XX talenta dare iussi sunt'. De tempore Niese I 106 sq. 497 sqq.

331 sqq. Alexandri cultus. Paus. VIII 32, 1 prope theatrum οἰκίαν ἰδιώτου κατ' ἐμὲ κτῆμα ἀνδρός, Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐποίησαν· ἔστι δὲ ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ, τοῖς τετραγώνοις Ἑρμαῖς εἰκασμένον, κέρατα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κριοῦ (cf. *Inschr. Priene* $108_{78}$ τ'Ἀλεξανδρείου).

324 (Olympiis). Alexander Philippi τοὺς κοινοὺς συλλόγους Ἀχαιῶν τε καὶ Ἀρκάδων καὶ Βοιωτῶν dissolvi iussit Hyperid. in Demosth. 18. Niese I 177.

323. Demosthenis legatio ad excitandos Arcades: Phylarch. fr. 65 (FHG I 354, 65 ap. Plut. Demosth. 27). Pytheas pro Macedonibus, Demosthenes pro Atheniensibus ἐν ἐκκλησίᾳ verba fecit. Schaefer *Demosth.*² III 369.

323/2. Bellum Lamiense Paus. VIII 27, 10 περὶ Θεσσαλίαν τοῦ ἀγῶνος οὐ μετέσχον οἱ Ἀρκάδες, cf. 6, 2. Diod. XIX 35 Megalopoli ὀλιγαρχία ab Antipatro constituta; v. 318.

Inde ab 323? Nummi Alexandri, in quibus syrinx symbolum est et Με(γαλοπολιτᾶν) inscriptum, cusi: Weil *Z. Numism.* IX 38 adn.; Niese *Herm.* XXXIV 1899, 545 adn. 3.

319. Polypercho ὁ τῶν βασιλέων ἐπιμελητής ut Cassandri partes diminueret edicto (διαγράμματι) Graecorum urbes liberat. Diod. XVIII 55 sq. Exules in patrias redire iussit; (56, 5) μὴ κατιέναι δὲ μηδὲ Μεγαλοπολιτῶν τοὺς μετὰ Πολυαινέτου ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντας etc. Cf. Beloch III 2, 368 sqq.

319 (—316). Ἄρχοντος Διοκλέος Delphi Orchomenio honores dederunt; supra incisum Ꝛ i. e. Ἀρ(κάδων). Foedus igitur iam tunc instauratum erat. Misit Pomtow.

318. Polyperchontis contra Cassandrum bellum. Diod. XVIII 68 (Πολυπέρχων) παρῆλθεν εἰς Πελοπόννησον, συναναγκάσων τοὺς Μεγαλοπολίτας πειθαρχεῖν τοῖς βασιλεῦσιν, οἳ ἐτύγχανον μὲν τὰ Κασάνδρου φρονοῦντες καὶ διὰ τῆς ὑπ' Ἀντιπάτρου καθεσταμένης ὀλιγαρχίας διοικούμενοι. 69 ... Πολυπέρχων δὲ βουλόμενος τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον διοικῆσαι συμφερόντως παρῆλθε καὶ συναγαγὼν ἐκ τῶν πόλεων συνέδρους διελέχθη περὶ τῆς πρὸς αὐτὸν συμμαχίας. ἐξέπεμψε δὲ καὶ πρὸς τὰς πόλεις πρεσβευτὰς προστάττων τοὺς μὲν δι' Ἀντιπάτρου καθεσταμένους ἄρχοντας ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας θανατῶσαι, τοῖς δὲ δήμοις ἀποδοῦναι τὴν αὐτονομίαν ... μόνων δὲ τῶν Μεγαλοπολιτῶν διατηρούντων τὴν πρὸς Κάσανδρον φιλίαν ἔκρινε πολιορκῆσαι τὴν πόλιν αὐτῶν. 70 οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται γνόντες τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Πολυπέρχοντος ἐψηφίσαντο τὰ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας κατάγειν εἰς τὴν πόλιν, τῶν δὲ πολιτῶν καὶ ξένων καὶ δούλων ἀριθμὸν ποιησάμενοι μυρίους καὶ πεντακισχιλίους εὗρον τοὺς δυναμένους παρέχεσθαι τὰς πολεμικὰς χρείας ... τινὲς δὲ τὰ πεπονηκότα τῶν τειχῶν κατεσκεύαζον. Polypercho machinas admovit et διὰ τῶν μεταλλευόντων ὑπορύξας τὰ τείχη καὶ τὰς στήριγγας ἐμπρήσας κατέβαλε τρεῖς πύργους τοὺς μεγίστους καὶ μεσοπύργια τὰ ἴσα. Sed Megalopolitae interiora moenia exstruxerunt, milites et vel elephantes repulerunt Δάμιδος ἡγουμένου. 72 Polypercho parte exercitus relicta abiit.

317 (Beloch). Tegea a Cassandro obsessa. Cassander pace facta abiit. Alexander Polyperchontis f. cum exercitu Peloponneso imminet (ἐφήδρευσε). Diod. XIX 35 (sub 316).

316 (Beloch III 2, 369). Diod. XIX 54 (sub 315) Cassander in Peloponnesum profectus cum alia oppida tum τὰς ἐν τῇ Μεσσήνῃ πόλεις προσηγάγετο πλὴν Ἰθώμης.

315. Antigonus contra Cassandrum bellum gerens Aristodemum Milesium in Peloponnesum misit συνθέσθαι φιλίαν πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ Πολυπέρχοντα καὶ ξενολογήσοντα. Diod. XIX 57. Ptolemaeus quoque Cassandri socius Menelaum fratrem τὸν πάντων στρατηγόν, Polycletum cum navibus, Polyperchontem in Peloponnesum misit. XIX 62. Apollonides Cassandri praetor Stymphalum, Cassander ipse Orchomenum (p. $69_{18}$) capit, Δᾶμιν ἐπιμελητὴν τῆς (Μεγάλης addit Niese) πόλεως reliquit. XIX 63. 64 ante Nemea Hecatombaeonis. — Alexander cum Aristodemo ex urbibus Peloponnesiacis praesidia Cassandri expellere studet, libertatem se redditurum professus; sed Cassander Prepelao misso pacem offert; Alexander συμμαχίαν ποιησάμενος ἀπεδείχθη στρατηγὸς Πελοποννήσου (Diodorus Duridem sequitur, FHG II 475, 26).

313. Antigonus Telesphorum cum L navibus in Peloponnesum misit, qui urbes Alexandri (314 mortui: XIX 67) dominio liberavit, exceptis Sicyone et Corinthi a Polyperchonte occupatis. Diod. XIX 74. 75, 7. Peloponnesii tunc foedus fecisse videntur Belochio III 2, 372, cf. Πελοποννησίους Diod. XX 28, 4; 37, 2; Polyaen. IV 14, annis 309 et 308.

309. Diod. XX 28. Cassandri et Polyperchontis foedus, Polypercho Peloponnesi στρατηγός. Sed cum Peloponnesum peteret, ὑπὸ Βοιωτῶν καὶ Πελοποννεσίων κωλυθεὶς ἀνέστρεψε cf. Polyaen. IV 14.

308. Diod. XX 37 Ptolemaeus Andrum liberat, Σικυῶνα καὶ Κόρινθον παρέλαβεν παρὰ Κρατησιπόλεως ... ἐπεβάλετο μὲν οὖν καὶ τὰς ἄλλας ἑλληνίδας πόλεις Πτολεμαῖος ἐλευθεροῦν ... ἐπεὶ δὲ οἱ Πελοποννήσιοι συνταξάμενοι χορηγήσειν σῖτον καὶ χρήματα τῶν ὡμολογημένων οὐδὲν συνετέλουν, ἀγανακτήσας ὁ δυνάστης πρὸς μὲν Κάσανδρον εἰρήνην ἐποιήσατο, καθ' ἣν ἑκατέρους ἔδει κυριεύειν τῶν πόλεων ὧν εἶχον, τὴν δὲ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ διῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον. — Lagus Ptolemaei f. συνωρίδι, Epaenetus Silani f. Macedo τελέῳ τεθρίππῳ Lycaea vincunt n. $550_8$.

c. 308. Ἄρχοντος Δαμοκράτεος Delphi Ἀρκάδι ἐ[ξ Ἐρχομενο]ῦ ignoto proxeniam dederunt; v. p. $69_{22}$. Lycaeorum victores omnes Arcades appellantur (iam inde ab a. 320?) n. 549. 550.

307—304. Polypercho Peloponnesi maiorem partem recuperat. Beloch III 2, 373.

303. Demetrius Poliorcetes Arcadiam liberat, una Mantinea resistente. Niese I 337. Diod. XX 103, 5 μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπερχόμενος (pro ἐπ' Ὀρχομενόν aut ἐπ' Ἐρχομενὸν) τῆς Ἀρκαδίας ἠλευθέρου τὰς πόλεις. Plut. Demetr. 25 Δημήτριος δὲ ... προσηγάγετο τήν τε καλουμένην Ἀκτὴν καὶ Ἀρκαδίαν πλὴν Μαντινείας. Deinde maior Arcadiae pars Demetrio et Antigono Gonatae filio eius parebat: Niese *Herm.* XXXIV 1899, 546. Vide adn. 273; cf. v. Premerstein *Ath. Mitt.* XXXIV 1909, 265 adn. 1.

c. 300. Pellene alias Achaiae urbs cum Arcadia coniuncta? v. p. $\mathrm{VIII}_{72}$. Paus. VI 8, 5, *Inschr. Olymp.* 179 v. p. $\mathrm{VIII}_{72}$.

350—300 (?). Pagasis. Arbanitopullus Θεσσ. Μνημεῖα 176. Κλευγένης Περιάνδρο[υ] Ἀρκάς.

c. 300? ...μων Ἀρκὰς mercennarius (?) Atticus IG II $964_{20}$.

Saec. IV. Ἐ[ρ]άσι[π]πος Εὐθ[ία Μεγαλο]πολίτας πρόξενος Ἐπιδαυρίων IG IV $925_{31}$. Ἀναξίδαμος Εὐ[στρ]άτου Μεγα[λο]πολίτα[ς] θεαροδόκος τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ καὶ πρόξενος Ἐπιδαυρίων; ibid. vs. 26; alius vs. 59.

Ἀπολλοφάνης Ἀρκάς. Delphis oraculum accipit de Aesculapio Epidaurio non Messenio Paus. II 26, 7 (contra Hesiodum qui Messenias fabulas praetulerat).

Titulus Samius Syram, deinde Athenas transportatus. Miserunt M. Krispi et N. Polites. Α Γ Σ Κρίθων Ἀρχεπόλιος Ἀρκάς. Πραξίτας Πραξιδάμου Ἀρκάς (Α Ξ Σ Γ) Athenis mortuus IG II 2834.

294—283. Ἀριστόδαμος Μεγαλοπολίτης mercennarius atticus IG II 5, $614b_{104}$.

295. Demetrius Poliorcetes Messenen aggressus volnus accepit; redux πόλεις τινὰς ἀφεστώσας προσαγαγόμενος. Plut. Dem. 33. Beloch III 2, 223. — Athenis captis ad Mantineam Archidamum regem vicit (p. $49_{101}$) et Laconiam aggressus est. Plut. ibid. 35.

291 s. 287. Ἄρχοντος Δεξίππου [Μ]έ[ν]ανδ[ρος] Μενεστράτου et . . . εοι . . . (an [Κλ]εόλ[ας]?) Ἀνδρία Ἀρκάδες Μεγαλοπολῖται πρόξενοι Δελφῶν *SGDI* 2795/6 Bourguet *Delphes* III 44/5. — Item Κ[α]λλίερος Δαμοξένου Ἀρκὰς Μαντινεύς tunc Delphorum proxenus renuntiatur. *SGDI* 2794 = Bourguet 43. Cf. Pomtow *Klio* VIII 1908, 193 adn. 1 et *GGA* 1913.

Annos archontibus Delphicis eos adscripsimus, quas Pomtow-Ruesch *GGA* 1913 m. Martio in censura libri (Walek *Die Delph. Amphiktyonie in der Zeit ätol. Herrschaft* 1911) probabilissimos indicaverunt, quorum libellum antequam ederetur inspicere nobis licuit.

287. Ἄρχοντος Ἡρακλείδα Κλειτόριοι aliqui et unus ἐκ Φενεοῦ ab Amphictionibus multa puniti (v. sub his urbibus). Bourguet *Delphis* III 83. — Πύρρανθος Ἀρί[στων]ος [Ἀρκὰς] Μεγαλοπολίτας πρόξενος Δελφῶν *SGDI* 2797. Bourguet III 46 (c. 267?).

285/4? Antigonus Gonatas Megalopolitanos 'pulsos ab Lacedaemoniis restituerat in patriam' Liv. XXXII 22; annum dat Euseb. Abr. 1731 (II p. 118 Schoene); 282/1 sive 281/0 Hieronymus. v. Wilamowitz *Antig. Karyst.* 258 sq.; Beloch III 2, 304.

281/0[1]). Achaeorum civitates cum ante hoc tempus per Macedones divisae essent et tyrannis pleraeque paruissent, iam Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς novum foedus fecerunt Polyb. II 41, 12. — Hagesarchus igitur Tritaeensis aut ante a. 280 Arcas nominatus est, aut post a. 219 (u. v.).

[1]) De annis cf. Niese *Herm.* XXXV 1900, 58 sqq.; Beloch III 2, 520 sqq. Rerum Achaicarum fons Polybius, qui imprimis Arati Sicyonii librum adhibuit.

c. 280 (Kolbe). Ἐράτων Ἀρκὰς ἐδίδασκεν Athenis Sosistrato archonte (c. 280 Kolbe) IG II 1295 cf. 1296. Kirchner Prosop. 13283: 280—270.

278—275. Deli IG XI 2, $199B_{14}$ [φι]άλη λεία τὸν αὐτὸν ἔχουσα ῥυθμὸν = (καρυωτὴν ἔκτυπον) ἐπιδόντων θεωρῶν τῶν ἐγ Μεγάλης πόλεως ὧν ἀρχεθέωρος Ἀφθόνητος cf. $203B_{38}$. $219B_{25}$. $280b_{6}$. $287B_{43}$. Nondum commemoratur in catalogo integro anni 279 (n. $161B_{66-102}$); annorum 278 et 276 catalogi = n. 162. 164 mutili sunt [F. Dürrbach per litteras].

276/5. Aegienses foederis achaici participes Polyb. II 41, 12; secuti Burienses et Carynenses.

273. Plut. Pyrrh. 26. Pyrrhus cum exercitu Peloponnesum petiit, Lacedaemonii ad eum Megalopolim legatos miserunt. 'ἔφη γὰρ ἐλευθερώσων τὰς ὑπ' Ἀντιγόνῳ πόλεις ἀφῖχθαι'. Niese II 56, *Herm.* XXXIV 1899, 546. Paullo post Pyrrhi mortem Megalopolis in Antigoni amicitiam rediit.

Arcadum θεωροί quos Persaeus Citiensis ap. Ath. XIII 607 *a* ut testis oculatus refert ad Antigonum venisse, non ante a. 276 missi sunt, quo Persaeus ille Stoicus ad regem vocatus esset. Susemihl *Gesch. Lit. Al.* I 68 sq.

271/0. Ἄρχοντος Στράτωνος Delphi Ἀρκάδι Στυμφαλίωι proxeniam dederunt; v. p. $75_{105}$.

— (Πυθάρατος ἦρχεν). Λύσιππος Ἀρκὰς ἐδίδασκεν Athenis drama IG II 1293. Idem $XXII_{128}$.

270/69 s. 269/8 (Ruesch-Pomtow). Ἄρχοντος Καλλικλεῦς· Ἐπήρατος Ἀλκίνου Μεγαλοπολίτας πρόξενος Δελφῶν *SGDI* 2776 = Bourguet *Delphes* III 21.

268/7. ἐπὶ Ἀρισταγόρα (II) Πολύμνηστος Ἀλεξάνδρου Ἀρκάς, Κλειτόριος Ἀριστείδου Ἀρκὰς ῥαψωιδοὶ Delphis Soteria vicerunt. *SGDI* 2563; Ruesch-Pomtow *GGA* 1913, 152.

— . . . . . . λτων (?) Ἀρκάδο(ς) . . . . ει . . . . πρεσβε(υτοῦ) '*Hadravese*' Alexandriae Pomtow *Berl. phil. Woch.* 1910, die XX m. Aug. Nomen in - - λίων desiisse videtur.

267/6. ἐπὶ Ἐμμενίδα. Soteria Delphis vicerunt *SGDI* 2564 Κλειτόριος Ἀριστείδου Ἀρκὰς ῥαψωιδός, Νικάτας (testatur Pomtow) Νικάδα Ἀρκὰς αὐλητής, Ἐπήρατος Ἀλκίνου et Καλλισθένης Ἄρχωνος et Θεόχ[α]ρις Ἱε[ροκλ]έους et Καλλικράτης Ἀριστοξένου et Νικαγόρας Αἰχμέου Ἀρκάδες παῖδες χορευταί, Νέων Ἀπολλ[. . . . . Ἀρ]κὰς et . . . . . ας Κα[λλίο]υ Τεγεάτης et Γ. Ιων [Ἱ]ππία Ἀρκὰς ἄνδρες χορευταί, Ἀπολλογένης Ὀρθαγόρα Ἀρκὰς διδάσκαλος, Ἀλεξίας Ἀσκλαπίχου Ἀρκὰς αὐλητής, Μοσχίων Ἐπαινέτου Ἀρκὰς διδάσκαλος.

Eodem archonte Δαμόνικος Ἰασιδάμου Μεγαλοπολίτας πρόξενος Δελφῶν *SGDI* 2778; Bourguet *Delphes* III 26.

266. ἐπὶ Νικοδάμου. Soteriorum victores: *SGDI* 2565. Ὕμνος Δεινοκράτου Ἀρκὰς et Κ -11—12- λίου Τεγεάτης ἄνδρες χορευταί.

Ante 266 — c. 255. Aristodamus Φιγαλεὺς μὲν γένος καὶ υἱὸς Ἀρτύλα, ποιησαμένου δὲ αὐτὸν Τριταίου τῶν οὐκ ἀδυνάτων ἐν Μεγάλῃ πόλει, tyrannus, cognomine Χρηστός, Macedonum partes secutus; Megalopoli. Dianae Agroterae et prope urbem Σκιάτιδος templa aedificavit Paus. VIII 27, 11. 30, 7; 32, 4; 35, 5; Niese II 241. Eius aetati nummi attribuuntur (Weil *Z. Numism.* IX 1882, 38. *Brit. Mus. Pel.* 188; Head[2] 450): triobola argentea: caput Iovis Lycaei — Μεγ. Pan in rupe sedens, aquila, magistratuum compendia (?); aenei: caput Iovis — Pan aut aquila aut fulmen intra coronam querceam.

266—261. Bellum Chremonideum.

266 aestate (Beloch III 1, 606 adn. 2). ἐπὶ Πειθιδήμου ἄρχοντος IG II 332 Athenienses Chremonide suadente foedus cum Lacedaemoniis eorumque sociis comprobant, factum illud contra libertatis hostes, i. e. Macedones, confirmatum regis Ptolemaei sororisque benevolentia, quibuscum et Athenienses et Lacedaemonii iam antea foedera icerant. Lacedaemoniorum socii sunt Elei, Achaei, Tegeatae, Mantinienses, Orchomenii, Phialenses, Caphyenses et Κρηταέων ὅσοι εἰσὶν ἐν τεῖ συμμαχίαι τεῖ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀρέως καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων. — Exclusi igitur Megalopolitae et urbes occidentales septentrionalesque, Heraeenses Thelphusii Psophidii Cletorii Pheneatae Stymphalii Aleatae, qui si non omnes, at certe plerique cum Megalopolitis et Macedonibus coniuncti fuisse videntur.

Commune Stymphaliorum et Megalopolitanorum bellum, quod n. 351 commemoratur, ad has res referri potest; corona M drachmanum ad Aristodemum tyrannum. Sed etiam de Aetolorum rapinis anni 240 (aut de rebus anni 219/8?) cogitari potest.

265. ἐπὶ Κλεώνδα. Soteriorum victores: Κλειτόριος Ἀριστείδου Ἀρκὰς ῥαψωιδός, Λύσιππος Ξενοτίμου Ἀρκὰς διδάσκαλος αὐλητῶν (= p. $XXII_{66}$), Ξεννίας Ἀρχετίμου et Ξένων Σατύρου et Φιλινίων Γόργου Ἀρκάδες et Κλειτίας Καλλίου Κλειτόριος et Μικύλος Ἱππάκου Κυναιθεὺς et Ἀλκίας Δαϊφάντου Κλειτόριος et Τίμαρχος Ἀνδροίτα Κλειτόριος et Ἀλέξιππος Δεινομένου Κυναιθεὺς παῖδες χορευταί, Ἀμφαρείδας Δεινία Κλειτόριος χορευτὴς ἀνδρῶν, Πειθίας Ἐξαινέτου Ἀρκὰς διδάσκαλος (= p. $49_{93}$), Ἱερότιμος Ἱεροκλέους Τεγεάτης κωμωιδός, Φιλόξενος Ἕλλανος Τεγεάτης αὐλητής, Πραξίας Κρατέου Τεγεάτης διδάσκαλος. *SGDI* 2566.

264. Areus ad Corinthum pugnans cecidit Plut. Ag. 3; Iust. prol. XXVI.

263 s. 262? (Kolbe). Acrotatus Arei f. Spartae rex ab Aristodemo tyranno περὶ Μεγάλην πόλιν victus cecidit. Megalopolitani ἀπὸ λαφύρων dedicant στοὰν Μυρόπωλιν. Plut. Ag. 3, Paus. VIII 27, 11.

263. [ἐπὶ Ἀρχεδάμα] sequitur Ἐλπίνης ἄρχων· Νικόλοχος Ἀρκὰς κωμωιδὸς et Ἀνδρέας Τεγεάτης Deli vicerunt. IG XI 2, $113_{22.\,25}$.

262/1 (ἄρχοντος Ἀντιπάτρου). Athenae ab Antigono Gonata captae. Finis belli Chremonidei. Apollodorus p. 375 (Jacoby). Beloch III 2, 424; Kolbe *Archonten* 40.

c. 255. Ἔκδημος et Δημοφάνης (Polyb. X 22, 2, s. Ἔκδημος et Μεγαλοφάνης Plut. Philop. 1; sed Ἔκδηλος Plut. Arat. 5; s. Ἔκδηλος et Μεγαλοφάνης Paus. VIII 49, 2) Μεγαλοπολῖται Arcesilai discipuli Aristodemum necaverunt. Iidem Cyrenaeis leges dedere, Philopoemenem educaverunt. His libertatis annis nummos attribuunt aeneos (Weil l. l., Head l. l.): caput Iovis — compendium Ἀρκ(άδων), Syrinx corona quercea cincta; caput Minervae — Ἀρκ. intra coronam oleagineam; tum foedus Arcadum restitutum esse sumitur.

254? (256—246). Ἄρχοντος Ξαριξένου. -16- Λ Ι Λ Α [. . . Ἀρκὰς Μεγα]λοπολίτας πρόξενος Δελφῶν. Bourguet *Delphes* III 12.

c. 249? Pugna ad Mantineam commissa?

Agis Eudamidae f. Megalopolitas pugna vicisse, moenia urbis aggressus aquilonis vi impeditus, Pellene ab Arato eiectus (Paus. VIII 27, 13), denique ad Mantineam victus esse dicitur (VIII 10, 5). Commemoratur τρόπαιον ἀπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Ἄγιδος, describitur acies: in sinistro cornu Mantinienses, quibus adest vates Thrasybulus Aeneae f. Iamides, homo notus et Olympiae statua honoratus (VI 2, 4, ab eodem Pyrrhi statua Olympiae dedicata: VI 14, 9); in cornu dextro πᾶν τὸ ἄλλο Ἀρκαδικὸν ἐτάσσοντο, ἄρχοντες δὲ κατὰ πόλεις τε ἦσαν καὶ Μεγαλοπολιτῶν Λυδιάδης καὶ Λεωκύδης, medium tenebant Sicyonii et Achaei duce Arato. Neptunus ipse Hippius Arcades adiuvit. De Leocydis avis historiola narratur, quam sub Lycosura vidimus (p. $132_{65}$); Podaris nomen saepe redit (a. 362: p. $49_{61}$; post Chr. $50_{68}$). Toti pugnae fidem derogaverunt Manso et Niese II 308 sq., cf. Fougères *Mant.* 487; oblocutus est Beloch *Herm.* XXXV 1900, 259 sqq., *Gesch.* III 2, 440. Agis rex ex Plutarchi vita notus utique tollendus nec per homonymum, qui rex non fuerit, substituendus est; quo sublato tota res cadit.

c. 250—235. Lydiades (Eudami f.: n. 534) Megalopolitarum tyrannus. Falso Paus. VIII 27, 12: μετὰ δὲ Ἀριστόδημον τελευτήσαντα δύο μάλιστα ὕστερον γενεαῖς ἐτυράννησε Λυδιάδης.

c. 245. Polyb. IV 77 τὴν τῶν Ἀλιφειρέων πόλιν, οὖσαν ἐξ ἀρχῆς ὑπ' Ἀρκαδίαν καὶ Μεγάλην πόλιν, Λυδιάδου τοῦ Μεγαλοπολίτου κατὰ τὴν τυραννίδα πρός τινας ἰδίας πράξεις ἀλλαγὴν δόντος τοῖς Ἠλείοις cf. 219. Antea igitur Triphylia in Eleorum potestatem cessisse videtur, et Psophis cum iis coniuncta esse. Niese *Genethl. Robert.* 16 sq. Cf. p. $99_{92}$. $105_{39}$.

Ante 240. Ἀπολ[λώνιο]ς καὶ Δημοσθένης [Με]γαλοπολῖται Arcesilai Platonici discipuli. Acad. philos. ind. Herc. XX p. 74 ed. Mekler.

240/39. Timaeus Aetolus Dianae fanum Lusis vastat. Eodem fere tempore (? p. $49_{137}$) Neptuni quod Mantineae erat fanum diripiunt. Polyb. IX 34. — Phigalienses iam antea Aetolorum amici illa aetate Aetolis faventibus cum Messeniis amicitiam inierunt: n. 419. Quando Aetoli cum Tegeatis Mantiniensibus Orchomeniis primum pacti sint, dubitatur. Niese II 258 sqq. 271; *Herm.* XXXIV 1899, 546; Beloch III 1, 719.

c. 237/6. ἄ. Εὐκλέος· Ξενίας Προαγόρου Μεγαλ[οπολίτας] *SGDI* 2771 = Bourguet *Delphes* III 17.

id. Σάκων Ν[. . . . . . Μεγαλο]πολίτας *SGDI* 2774 = Bourguet 19.

id.? ἄ. Εὐκλέους· Λυσικλῆς Π[ολυμ]νάστου Μεγαλοπολίτας *SGDI* 2798 = Bourguet 27.

236 aut paullo antea Heraeam Dioetas Achaeorum praetor cepit: p. $104_{17}$.

235. Leonidae Spartanorum regi mortuo Cleomenes successit. Aratus ἐβούλετο μὲν ἐξ ἀρχῆς εἰς μίαν σύνταξιν ἀγαγεῖν Πελοποννησίους . . . ἐπεὶ δὲ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων αὐτῷ προσγεγονότων ἀπελείποντο Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἠλεῖοι καὶ ὅσοι Λακεδαιμονίοις Ἀρκάδων προσεῖχον, ἅμα τῷ τὸν Λεωνίδαν ἀποθανεῖν παρηνώχλει τοῖς Ἀρκάσι καὶ περιέκοπτεν μάλιστα τοὺς τοῖς Ἀχαιοῖς ὁμοροῦντας. Plut. Cleom. 3.

235 (non 272). ἄρχοντος Εὐδόκου (III) Mantinienses tres Delphorum proxeni non dicuntur Arcades *SGDI* 2781. 2783/4. Ruesch-Pomtow *GGA* 1913, 133. Cf. p. $49_{129}$.

---

235/4. Megalopolis ad Achaeos transiit postquam Lydiadas tyrannide se abdicavit. Polyb. II 44, 5 Λυδιάδας μὲν οὖν ὁ Μεγαλοπολίτης ἔτι ζῶντος Δημητρίου (mortui a. 229) κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προϊδόμενος τὸ μέλλον, ἀπετέθειτο τὴν τυραννίδα καὶ μετεσχήκει τῆς ἐθνικῆς συμπολιτείας. [Hinc aeram megalopolitanam initium cepisse vix suo iure coniecit Th. Reinach *Bull. Hell.* 1904, 12 sqq. (Swoboda *Klio* XII 1912, 32 sq. adn. 8)]. Foedus Achaeorum Polyb. II 37: νόμοις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς καὶ σταθμοῖς καὶ μέτροις καὶ νομίσμασι, πρὸς δὲ τούτοις ἄρχουσι βουλευταῖς δικασταῖς τοῖς αὐτοῖς. Nummi (Head.[2] 418) argentei (symbola: syrinx, pedum, fulmen) et aenei Ἀχαιῶν Μεγαλοπολιτῶν. (*Brit. Mus.* 14, 166 Παντισοκνης [immo: Παντισθένης] — Ἀχαιῶν Μεγαλο ΠΑΝΑΓΙΩ, immo Μεγαλοπ[ολ]ιτῶ[ν]). Weil *Z. Numism.* IX 1882, 199 sqq.; Swoboda *Klio* XII 1912, 30.

Quare Stymphaliorum συμβολά n. 357, qua multae Aegineticis drachmis definiuntur, foedere achaico antiquior esse visa est (sed cf. p. $XXIV_{114}$).

Mensium nomina a numeris ordinalibus deprompta addit Wilhelm *Ath. Mitt.* XVI 1891, 353 ex titulo Messenio, alia exempla sat multa Arcadia praebuit.

Constitutio singularum civitatium aequalis: συνέδριον, γερουσία, ἄρχοντες, in his δαμιοργός, γραμματεὺς συνέδρων. Cf. Orchomenum, Megalopolim, Mantineam.

234/3. 232/1. 230/29. Lydiades Megalopolitanus Achaeorum praetor, alternis cum Arato vicibus summo munere functus. Plut. Arat. 30 μέχρι μὲν οὖν τρίτης στρατηγίας ὁ Λυδιάδης εὖ φερόμενος διετέλει καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἦρχεν ἐναλλὰξ τῷ Ἀράτῳ στρατηγῶν. Iam a. 234 Lacedaemonios aggredi volebat, sed ab Arato impeditus est: Plut. l. l.

233/2. (Ruesch-Pomtow) ἄρχοντος Δαμαίου· Φενικοὶ Delphorum proxeni non vocantur Arcades *SGDI* 2770; p. $82_{9}$.

229. Post Demetrii regis Macedoniae mortem et Athenas liberatas προσεχώρησαν δ' εὐθὺς Αἰγινῆται καὶ Ἑρμιονεῖς τοῖς Ἀχαιοῖς, ἥ τε πλείστη τῆς Ἀρκαδίας αὐτοῖς συνετέλει (i. e. iam antea foedus acceperat). Plut. Arat. 34, cf. Dittenberger *Herm.* XVI 1881, 34. — Tegea Mantinea Orchomenus foederis aetolici participes (συμπολιτευόμενοι) p. $4_{126}$.

228/7 (Beloch III 1, 719 sqq., 2, 526) s. 227 (Kromayer *Schlachtf.* II 199 sq.). Cleomenis et Achaeorum bellum. Plut. Cleom. 4. Cleomenes τὸ περὶ τὴν Βέλβιναν Ἀθήναιον cepit. ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστί, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἦν ἐπίδικον. Quod munivit (τειχίσαντος). — Aratus frustra ἐπεχείρησε Τεγεάταις καὶ Ὀρχομενίοις, τῶν προδοτῶν ἀποδειλιασάντων. — Cleomenes iussu ephororum Arcadiam reliquit. — Aratus Καφύας ἔλαβεν. — Cleomenes denuo missus, Μεθύδριον cepit, Argolidem invasit. Aristomachus praetor Achaeorum Cleomenem περὶ Παλλάντιον aggredi studens, Arati secessione impeditus. Plut. Cleom. 4.

Fontes belli Cleomenei Polybius, qui Aratum et Phylarchum adhibuit; Plutarchi vitae Arati et Cleomenis (in hac Phylarchum maxime sequitur).

227 (Beloch) 226 (Kromayer). Plut. Cleom. 4. Cleomenes Achaeos περὶ τὸ Λύκαιον vicit. Aratus praetor clam abiit, Mantineam (p. $49_{149}$) cepit. — 6. Cleomenes καταλαμβάνει τῆς Μεγαλοπολίτιδος χωρίον Λεῦκτρα. Aratus praetor primo vicit, nec tamen hostes insecutus est; Lydiades hipparchus συνεξώρμησε τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς καὶ διώκων εἰς χωρίον ἀμπέλων καὶ τάφρων καὶ τειχῶν μεστὸν cecidit; Achaei victi, cf. Plut. Arat. 37. Locum Polyb. II 51, 3 dicit ἐν τοῖς Λαδοκείοις καλουμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος. — Plut. Cleom. 7: Cleomenes Ἡραίαν καὶ Ἀλσαίαν (Ἀλέαν Xylander; Ἀσέαν Beloch) τὰς πόλεις ταττομένας ὑπὸ τοῖς Ἀχαιοῖς εἷλε, καὶ σῖτον εἰσήγαγεν Ὀρχομενίοις, καὶ Μαντινείᾳ παρεστρατοπέδευσε, Lacedaemonios complures in Arcadia reliquit, ipse Spartam profectus ephororum potestatem abolivit.

226 initio? (Beloch). Aratus ad Orchomenum Megistonum Cleomenis patruum devicit. Plut. Arat. 38. — Cleomenes Mantineam Achaeorum praesidio liberavit, Tegeam abiit; postea Achaiam intravit, Hyperbatam praetorem et Aratum ἐν Δύμαις περὶ τὸ Ἑκατόμβαιον vicit, Lasionem (Λάγγωνι codd., corr. Manso, cf. Niese II 319, 6) captam Eleis reddidit. Plut. Cleom. 14, Polyb. II 51, 3.

224 (ἄρχοντος Εὐαγόρα) Thelphusius Delphorum proxenus non dicitur Ἀρκάς *SGDI* 2628; p. $101_{100}$.

223. Polyb. II 48 εἰδὼς (Ἄρατος) τοὺς Μεγαλοπολίτας κακοπαθοῦντας μὲν τῷ πολέμῳ διὰ τὸ παρακειμένους τῇ Λακεδαίμονι προπολεμεῖν τῶν ἄλλων . . . κοινολογηθεὶς οὖν δι' ἀπορρήτων περὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Νικοφάνει καὶ Κερκίδᾳ τοῖς Μεγαλοπολίταις, οἵτινες ἦσαν αὐτοῦ πατρικοὶ ξένοι καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν εὐφυεῖς, ῥᾳδίως διὰ τούτων ὁρμὴν παρέστησε τοῖς Μεγαλοπολίταις εἰς τὸ πρεσβεύειν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ παρακαλεῖν πέμπειν πρὸς τὸν Ἀντίγονον ὑπὲρ βοηθείας. οἱ μὲν οὖν Μεγαλοπολῖται κατέστησαν αὐτοὺς τοὺς περὶ τὸν Νικοφάνη καὶ τὸν Κερκίδαν πρεσβευτὰς πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς κἀκεῖθεν εὐθέως πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἂν αὐτοῖς συγκατάθηται τὸ ἔθνος· οἱ δ' Ἀχαιοὶ συνεχώρησαν πρεσβεύειν τοῖς Μεγαλοπολίταις. σπουδῇ δὲ συμμείξαντες οἱ περὶ τὸν Νικοφάνη τῷ βασιλεῖ διελέγοντο . . . 50 ὁ μὲν οὖν Ἀντίγονος — ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς Μεγαλοπολίταις ἐπαγγελλόμενος βοηθήσειν, ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τοῦτο βουλομένοις ᾖ. τῶν δὲ περὶ Νικοφάνη καὶ Κερκίδαν ἐπανελθόντων εἰς οἶκον, καὶ τάς τε παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὰς ἀποδόντων καὶ τὴν λοιπὴν εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ προθυμίαν διασαφούντων, μετεωρισθέντες οἱ Μεγαλοπολῖται προθύμως ἔσχον ἰέναι πρὸς τὴν σύνοδον τῶν Ἀχαιῶν καὶ παρακαλεῖν ἐπισπάσασθαι τὸν Ἀντίγονον . . .

Κερκίδας Μεγαλοπολίτης. Steph. Byz. Μεγαλόπολις . . . ἀφ' ἧς Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης καὶ μελιάμβων ποιητής. Unde videtur legum a Prytanide datarum partem suscepisse; v. ad a. 221. Poëtam, cuius fragmenta nonnulla iam exstabant, alia in papyro a. 1906 inventa, 1911 ab Huntio edita sunt (*Oxyrh. Pap.* VIII), potius cum hoc quam cum Demosthenis aequali componendum esse iam Leo *Herm.* XLI 1906, 444 viderat; nunc demonstravit Hunt argumentis ex reliquiis petitis. Δαμόνομος Cercidae amicus et ἀκρασίων πενητυλίδας Ξένων aliunde non innotuerunt. Nomen saepe a nobis ut perispomenum scriptum esse piget.

223. Polyb. II 54 Antigonus Acrocorintho capta, ὡς ἐπ' Ἀρκαδίας profectus est. ἐκβαλὼν δὲ τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν ἐποικοδομηθέντων χωρίων (v. 228/7) ὑπὸ Κλεομένους κατά τε τὴν Αἰγῦτιν καὶ Βελμινᾶτιν χώραν, καὶ παραδοὺς τὰ φρούρια Μεγαλοπολίταις.

c. 223/2. ἄρχοντος Ἀλεξάρχου· Καλλίμαχος Κάλλωνος Μεγαλοπολίτας πρόξενος Δελφῶν *SGDI* 2777.

222 initio. Antigonus (Polyb. II 54) ex hiberniis tertio die Tegeam aggressus brevi obsessione in dicionem recepit et (praesidio) munivit. Inde Laconiam petiit, sed redux τὸν Ὀρχομενὸν ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος εἷλε, μετὰ δὲ ταῦτα περιστρατοπεδεύσας τὴν τῶν Μαντινέων ἐπολιόρκει πόλιν ταχὺ δὲ καὶ ταύτην καταπληξαμένων τῶν Μακεδόνων καὶ λαβόντων ὑποχείριον (v. p. $50_{3}$), ἀναζεύξας προῆγε τὴν ἐφ' Ἡραίας καὶ Τελφούσης. παραλαβὼν δὲ καὶ ταύτας τὰς πόλεις, ἐθελοντὴν προσχωρησάντων αὐτῷ τῶν κατοικούντων, οὕτως ἤδη συνάπτοντος τοῦ χειμῶνος παρῆν εἰς Αἴγιον.

— Megalopolis a Cleomene capta et devastata. Plut. Cleom. 23. τοῦ δὲ Ἀντιγόνου Τεγέαν μὲν παραλαβόντος, Ὀρχομενὸν δὲ καὶ Μαντίνειαν διαρπάσαντος Cleomenes Megalopolim aggressus est. Polyb. II 55 τὴν πόλιν εἰδὼς δυσφύλακτον οὖσαν διὰ τὸ

μέγεθος καὶ τὴν ἐρημίαν. Primo frustra: κατὰ τὸν Κωλαιὸν προσαγορευόμενον τόπον τῆς πόλεως; tribus mensibus post (auctumno 222 Beloch III 1, 740) denuo: γενόμενος δ' ἐγκρατὴς οὕτως αὐτὴν πικρῶς διέφθειρε καὶ δυσμενῶς ὥστε μηδ' ἐλπίσαι μηδένα διότι δύναιτ' ἂν συνοικισθῆναι πάλιν (Polyb. l. l.). — Plut. Cleom. 23—25: Cleomenes primo Sellasiam profectus, inde καταβὰς ἐπὶ τὴν Μεγαλοπολιτικὴν καὶ δειπνοποιησάμενος περὶ τὸ Ῥοίτειον εὐθὺς ἐπορεύετο τὴν δι' Ἑλικοῦντος ἐπὶ τὴν πόλιν. Panteas μεσοπύργιον ὃ τῶν τειχῶν ἐρημότατον εἶναι τοῖς Μεγαλοπολίταις ἐπυνθάνετο occupare iussus οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἀλλὰ καὶ πολὺ μέρος τοῦ τείχους ἀφύλακτον repperit καὶ τὰ μὲν καθαιροῦντος εὐθύς, τὰ δὲ διασκάπτοντος ... intravit urbem. Cives plurimi Messenen aufugerunt; Λυσανδρίδας τε καὶ Θεαρίδας ἄνδρες ἔνδοξοι καὶ δυνατοὶ μάλιστα τῶν Μεγαλοπολιτῶν capti. Qui a Cleomene Messenen missi pacem offerebant, urbs civibus reddita ἐπὶ τῷ συμμάχους εἶναι καὶ φίλους ἀποστάντας Ἀχαιῶν. Resistente vero Philopoemene Cleomenes iratus urbem diripuit, ἀνδριάντας δὲ καὶ γραφὰς ἀπέστειλεν εἰς Σπάρτην, τῆς δὲ πόλεως τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα μέρη κατασκάψας καὶ διαφθείρας domum rediit [1]).

[1]) In hoc maxime tempus comici dictum quadrat: ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις Strab. XVI 738; VIII 388. Ita Meineke; oblocutus Kock Com. att. fr. III 449, 211.

Cf. Paus. VIII 28, 7 κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Γόρτυνος ἐς Μεγάλην πόλιν πεποίηται μνῆμα τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐν τῇ πρὸς Κλεομένην μάχῃ, τὸ δὲ μνῆμα τοῦτο ὀνομάζουσιν οἱ Μεγαλοπολῖται Παραιβάσιον, ὅτι ἐς αὐτοὺς παρεσπόνδησεν ὁ Κλεομένης.

Philopoemen Craugidis (Κραύγιος) filius Megalopolita. Vitam tribus libris perscripsit Polybius (cf. eius X 21); deinde Plutarchus; cf. Paus. VIII 49—51 et aliis locis. Natus est a. 253/2, mortuus septuagenarius a. 183. Educavit Κλέανδρος nobilis Mantiniensis qui exul Megalopolin venerat ad Craugidem, postquam hic occubuit; deinde Arcesilai discipuli illi (p. XXII$_{120}$). Iam adulescens (Plut. Philop. 4) ἐν ταῖς πολιτικαῖς στρατείαις ἃς ἐποιοῦντο κλωπείας ἕνεκα καὶ λεηλασίας εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐμβάλλοντες interfuit. Cum XXX esset annorum (c. 5), Megalopolis a Cleomene vastata est.

— Tegea et Antigonea foederis achaici participes factae. Megalopolitanis Prytanis philosophus peripateticus Antigoni iussu leges scripsit. Polyb. V 93, 8; v. ad a. 218.

222 (Holleaux; 221 Beloch) aestate Antigonus cum Achaeis Cleomenem ad Sellasiam defecit; eodem anno moritur. Pugnae interfuit Philopoemen inter equites Megalopolitanos, sub Alexandro duce; hostes aggrediendi optimo temporis momento auctor fuit; ab Antigono laudatur. Volnus per crura accepit. Plut. Phil. 6. Polyb. II 67 sqq. Habuit Antigonus etiam Μεγαλοπολίτας χιλίους εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους, ὧν ἡγεῖτο Κερκίδας Μεγαλοπολίτης. Polyb. II 65, 3.

Philopoemen paullo post in Cretam abiit, cuius multae urbes cum Antigono foedera inierant, ut in insula bellis intestinis vastata stipendia mereretur. Plut. 7. Paus. VIII 49, 7.

220—217. ὁ συμμαχικὸς πόλεμος (Polyb. IV 13, 6) Aetolorum, Achaeorum et sociorum.

Polybius libris IV, V res annorum 220—216 enarrat. De fonte nihil constat '*Primärquelle aber ist P. für diese Zeit nicht*' Beloch III 2, 8.

220. Aetoli ἐν μέσῃ τῇ τῶν Μεγαλοπολιτῶν χώρᾳ κατέσχον τὸ καλούμενον ὀχύρωμα Κλάριον, ᾧ λαφυροπωλείῳ χρησάμενοι διῆγον ἐν τούτῳ πρὸς τὰς ἁρπαγάς. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν Τιμόξενος ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγός [1]), παραλαβὼν Ταυρίωνα τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλικῶν πραγμάτων ὑπ' Ἀντιγόνου καταλελειμμένον, ἐξεπολιόρκησε τελέως ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. Polyb. IV 6, 3. 4.

Dorimachus et Scopas Aetoli Phigaliam (p. 107$_{38}$) venerunt, Messeniam terram quamvis sociam vastaverunt. Achaei (c. 9) contra eos exercitum Megalopolim convocant. Aetoli primo Olympiam versus, deinde in Arcadiam περὶ τὸ Μεθύδριον τῆς Μεγαλοπολίτιδος profecti; Achaei ἀναστρέψαντες ἐκ τῆς Κλειτορίας κατεστρατοπέδευσαν περὶ Καφύας (p. 73$_{37}$). Ubi (c. 11—13) Achaei ab Aetolis victi; partem fugientium Orchomenus et Caphyae recepere. 13 οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται post cladem advenerunt (ante exitum Olympiadis 221/0: c. 15). Cf. Polyb. VI 25.

[1]) 221/0 tertium, 223/2 secundum praetor, Beloch III 2, 177.

— aestate Aetoli Cynaetham vastant p. 98$_{45}$.

c. 220 (220—218) ἄρχοντος Ξενοκλέους Σῖμος [Καλ]λισθένευς Ἀρκὰς Μεγαλοπολίτας πρόξενος Δελφῶν *SGDI* 2787 = Bourguet 36, complures Φενικοί v. p. 82$_{28}$.

c. 218 (220—218) ἄρχοντες Πεισίλα unus Φενικὸς πρόξενος Δελφῶν p. 82$_{32}$.

219. Polyb. IV 59. 60. Aetoli Achaeorum urbes aggressi Aegiris expulsi. Δυμαῖοι, Φαραιεῖς, Τριταιεῖς ab Arato praetore derelicti συνεφρόνησαν ἀλλήλοις εἰς τὸ τὰς μὲν κοινὰς εἰσφορὰς τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ τελεῖν, ἰδίᾳ δὲ συστήσασθαι μισθοφόρους, vituperati πονηρᾶς γὰρ ἐφόδου καὶ προφάσεως τοῖς βουλομένοις διαλύειν τὸ ἔθνος ἐδόκουν ἀρχηγοὶ καὶ καθηγεμόνες γεγονέναι.

Tunc igitur Ἀγήσαρχος Αἰμοστράτου Τριταιεὺς πύκτης qui Olympia Nemea Pythia Isthmia vicerat Arcadem se nominavit. Paus. VI 12, 8: Ἀρκάδας δὲ τοὺς Τριταιεῖς εἶναι τοῦ ἐλεγείου λέγοντος. Qui Hagesarchus cum Chrysippi stoici a. 207 mortui fuerit aequalis aut natu maior (Zeller apud Robertum *Herm.* XIX 1884, 306), Olympiades 216. 212. 208 in censum veniunt; nam post Philopoemenis initam praeturam victoriamque mantiniensem haec Achaeorum discordia cessit.

— Polyb. IV 60 Lycurgus Spartae rex εἷλε τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον.

(hieme) Philippus rex in Peloponnesum venit. Polyb. IV 67 sqq. Euripidas Aetolus cum Eleis ἐκ Ψωφῖδος διὰ τῆς Φενικῆς καὶ Στυμφαλίας versus Sicyoniam profectus, Philippus παρ' αὐτὸν τὸν Στύμφαλον ὡς ἐπὶ τὰς Καφύας. In Apelauro monte congressus Eleos [1]) vicit; Euripidas Psophidem aufugit. 70 Philippus Caphyas venit, ubi Achaeorum auxilia recepit; inde per Clitoriam Psophidem (p. 99$_{107}$) petiit. Psophis capta (70—72). Lasionem et Stratum (v. supra) ab Eleis occupata cepit; illum Achaeis, hanc Thelphusiis dedit (73). Inde per Elidem Thelphusam et Heraeam (77) venit, ut Triphyliam aggrederetur. Primo Alipheram (p. 105$_{42}$) cepit (c. 78), deinde Typaneas et Hypanam; post has se dederunt Phigalenses (p. 107$_{51}$, c. 79) Lepreatae (80) alii. Postquam sex diebus Triphyliam totam subegit, Megalopolin rediit rex μέσου χειμῶνος. Inde διὰ Τεγέας Argos (82) venit.

[1]) Finget quispiam, decretum Stymphalium n. 351 (et n. 352) ad pugnam Stymphaliam referendum esse, vs. 6 [Ϝαλε]ίοις supplendum, coll. 7 Ϝαλόντ[οις], et pactum n. 357 annorum 218—207 esse, quibus foederis achaici tam exigua fuerit potestas, ut paciscentes legem de nummis achaicis latam spernerent. Cui argumentationi aliquam verisimilitudinis speciem inesse non nego.

218 aestate. Polyb. V 17. Lycurgus Messeniam invasit, deinde cum nihil egisset, Tegeae urbem cepit, ab arce repulsus est, p. 4$_{154}$; n. 16. c. 18 Philippus rex Tegea Laconiam petiit, quo post bellum (c. 24) revertit.

217. Polyb. V 91. Aratus praetor Achaeorum exercitum constituit, inter eos Μεγαλοπολίτας μὲν χαλκάσπιδας πεζοὺς μὲν πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα. 92 Lycurgus Messeniam invasit, Aratus Megalopolin petit παραβοηθήσων τοῖς Μεσσηνίοις. Andaniam frustra aggressus Lycurgus Spartam rediit. 95 Aetoli Tritaeam aggrediuntur, Achaei cum Dymaeis, Patrensibus, Pharaeensibus Elidem invadunt. Pax Philippi et Aetolorum c. 103: ὥστ' ἔχειν ἀμφοτέρους ἃ νῦν ἔχουσιν. Niese II 460: Achaei Psophidem et Lasionem tenuerunt.

Peloponnesii iam sacra abolita redintegrant Polyb. V 106. ἀνεκτῶντο μὲν τοὺς ἰδίους βίους, ἐθεράπευον δὲ τὴν χώραν, ἀνενεοῦντο δὲ τὰς πατρίους θυσίας καὶ πανηγύρεις καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς παρ' ἑκάστοις ὑπάρχοντα νόμιμα (Magnarum Dearum cultus Lycosurae et Megalopoli tunc auctus, arcessitis sacris Eleusiniis? Dickins *Ann. Br. Sch.* XII 1905/6, 128 sqq.).

Leges Megalopolitarum Polyb. V 93 Aratus Achaeorum praetor διέλυε τοὺς Μεγαλοπολίτας πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα. συνέβαινε γὰρ τούτους προσφάτως ὑπὸ Κλεομένους ἐπταικότας τῇ πατρίδι ... πρῶτον μὲν οὖν ἠμφισβήτουν ὑπὲρ τοῦ τειχισμοῦ τῆς πόλεως, φάσκοντες οἱ μὲν συνάγειν αὐτὴν δεῖν καὶ ποιεῖν τηλικαύτην ἡλίκην καὶ τειχίζειν ἐπιβαλλόμενοι καθίξονται καὶ φυλάττειν καιροῦ περιστάντος δυνήσονται· καὶ γὰρ νῦν παρὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς καὶ τὴν ἐρημίαν ἐσφάλθαι. πρὸς δὲ τούτοις εἰσφέρειν ᾤοντο δεῖν τοὺς κτηματικοὺς τὸ τρίτον μέρος τῆς γῆς εἰς τὴν τῶν προσλαμβανομένων οἰκητόρων ἀναπλήρωσιν. οἱ δ' οὔτε τὴν πόλιν ἐλάττω ποιεῖν ὑπέμενον οὔτε τὸ τρίτον τῶν κτήσεων εὐδόκουν εἰσφέρειν μέρος, μάλιστα (τε) τῶν νόμων ὑπὸ Πρυτάνιδος γεγραμμένων πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονείκουν (v. s. a. 222) ... τοιαύτης δ' οὔσης τῆς ἀμφισβητήσεως ποιησάμενος Ἄρατος τὴν ἐνδεχομένην ἐπιστροφὴν κατέπαυσε τὴν φιλοτιμίαν αὐτῶν. ἐφ' οἷς δ' ἔληξαν τῆς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς, γράψαντες εἰς στήλην παρὰ τὸν τῆς Ἑστίας ἀνέθεσαν βωμὸν ἐν Ὁμαρίῳ. Niese II 454 sqq. De τειχισμῷ v. a. 171 et catalogos stipum n. 438—431, quorum annos ad aeram Corinthiam, non ad τειχοποιίας tempora (cf. Wilamowitz ad n. 439) rettulimus.

212. Aetolorum et Romanorum foedus. Niese II 477.

211. Spartani Aetolorum socii. Niese II 483.

211/10 (Niese II 483, 5) Euryleo Achaeorum praetor, vir ἄτολμος. Incipit ab eo Philopoemenis laus apud Polyb. X 21.

210. [Aetoli Heraeam cepisse, Philippus recuperasse videntur.] Niese II 483. — Machanidas Tegeam occupavit.

210/9 aestate Machanidas tyrannus finitimos agros vastat; Philippus succurrit. Post Nemea Philippus et Achaei Cycliada Achaeo praetore ad Larisum fluvium prope Dymen Eleos Aetolosque vincunt; Philopoemen hipparchus Damophantum Eleorum hipparchum propria manu necat. Liv. XXVII 29—31. Plut. Philop. 7. Paus. VIII 49, 7. Niese II 487.

208/7. Philopoemen primum Achaeorum praetor.

207 aestate. Machanidas Lacedaemoniorum tyrannus Tegeam tenuit, ab Achaeis ad Mantineam vincitur et a Philopoemene ipso necatur (p. $50_{20}$). Cf. Niese *Herm.* XXXIV 1899, 549 sqq.

De Πολυβίῳ Μεγαλοπολίτῃ Polyb. XI 15, 5 cf. Hultsch in editione p. 1400, ubi Πολύβῳ conicitur, melius Πολυαίνῳ Buettner-Wobst propter c. 18, 2, ubi distingui videtur Κυπαριϲϲεὺϲ Πολύαινοϲ ab alio.

— Philopoemenis statua Delphis dedicata: [τὸ] κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν Φι[λο]ποίμενα Κραύγιοϲ Μεγαλοπολίταν ἀρετᾶϲ ἕνεκεν καὶ εὐνοίαϲ τᾶϲ εἰϲ α[ὐ]τούϲ. In basi postea annis 165 et c. 160 Delphorum decreta in honorem alius Megalopolitani et duorum Aegiratarum incisa sunt. Statuas describit Plut. Philop. 10 ὁ Φιλοποίμην ἀπαντήϲαϲ τῷ Μαχανίδᾳ καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ μετεωρίζοντα τὴν κεφαλὴν πρὸ τοῦ ϲώματοϲ ὁρῶν μικρὸν ἐνέκλινε τὸν ἴδιον, καὶ διαλαβὼν τὸ ξυϲτὸν ἐκ χειρὸϲ ὠθεῖ καὶ περιτρέπει τὸν ἄνδρα ϲυνεπερείϲαϲ. τοῦτο ἔχων τὸ ϲχῆμα ἕϲτηκεν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν θαυμαϲάντων μάλιϲτα καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ καὶ τὴν ϲτρατηγίαν ἐκείνην. Bourguet *Delphes* III 47; Pomtow *Klio* IX 1909, 160 sqq.

ἄρχοντοϲ Ἀλεξέα· Μελανκόμαϲ [. . . . . . . . . Μ]εγαλοπολίταϲ ἰατρὸϲ Delphis honoratur *SGDI* 2632. Pomtow *GGA* 1913, 144.

206/5. Philopoemen alterum Achaeorum praetor. Plut. Philop. 11, Niese II 567 adn. 3. — Philippus et Achaei cum Aetolis sociisque, Eleis Messeniis Lacedaemoniis aliis, pacem fecerunt. Niese II 501.

205. Belli macedonici finis, Philippi et Romanorum sociorumque pax. Niese II 502. Philippus Heraeam et Orchomenum retinet. — aestate Philopoemen Nemeis celebratur; Pylades (Μεγαλοπολίτηϲ Paus. VIII 50, 3) citharoedus Timothei Persas cantat. Plut. Philop. 11. Pace restituta usi Magnetes ad Maeandrum, qui a. 207/6 (an 208/7, si primus inter quattuordecim inclusus est) Leucophryenorum ludis praemia proposuerant, legatos ad reges et civitates miserunt. Kern *Inschr. Magn.* et *Herm.* XXXVI 1901, 491 sqq.; Dittenberger Syll.² 256 sqq., in Peloponnesum tres legati missi (Kern *Herm.* l. l. 501): Megalopolin et in permulta 'Arcadiae' oppida n. 38 (v. infra); ad Achaeorum concilium, quibus adsensi sunt Elei, antea hostes qui fuerant: n. 39; ad hos unus modo ex legatis profectus; ad Argivos, qui κοινᾶι μετὰ τῶν Ἀχαιῶν sacra facere decreverunt, legati tres: n. 40; ad Sicyonios, quibus ignota civitas et [Κα]λλιϲταιεῖϲ adsensi sunt, legati duo: n. 41; ad Corinthios legatus unus: n. 42; ad Messenios legati tres: n. 43.

Decretum Megalopolitarum in Magnetum ad Maeandrum habitantium honorem factum. Edd. Kern *Inschr. Magn.* 38 (Dittenberger Syll.² 258; Fick *Bezzenb. Beitr.* XXVI 1901, 283 sqq.). Cf. Niese *Herm.* XXXIV 1899, 549 sqq.; Kern ibid. XXXVI 1901, 501; Wilhelm *Jahresh.* IV 1901, *Beibl.* 25. Dialectum a scriba ionico non satis intellectam corrigere nolui, nisi ubi necessarium videbatur.

πρεϲβευτᾶν καὶ θεα[ρῶν π]α[ρ]αγεγο[νότων] π[αρὰ τοῖ δάμοι] 2 τῶμ Μαγνήτων τῶν ἐπὶ Μαιάνδρου(!) Φιλίϲκ[ωι τῶι Πυθα] 3 γόρωι(!), Κόνωνοϲ τῶι Διονυϲίωι(!), Λαμπέτωι τῶ[ι Πυθαγό] 4 ραι(!) καὶ ἀποδόντων τὸ ψάφιϲμα, ἰν οἷ κατακεχ[ώριϲτο] 5 ὁ χρηϲμὸϲ ὁ γεγονὼϲ ὑπὸ τοῖ Ἀπόλλωνι τοῖ ἰν Δε[λφοῖϲ], 6 λώϊον ἶμεν(!) καὶ ἄμεινον τοῖϲ ϲεβομένοιϲ Ἄρτεμιν 7 Λευκοφρυηνὰν καὶ τὰν πόλιν καὶ τὰν χώραν ἱερὰν καὶ 8 ἄϲυλον νομίζοϲιν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν πάνϲιν (πάντων Wilh.) διαλε 9 χθέϲϲι, καθὰ εἶχον ταϲ ἰντολὰϲ παρὰ τᾶι ἰδίαι πό 10 λι, [κ]αὶ ἁρμοζόντοιϲ (-ωϲ F.) τοῖϲ ἰν τοῖ[[ϲ]] ψαφίϲματι γεγραμ 11 μένοιϲ, ἰνιφάνιζον δὲ καὶ τὰν τᾶϲ θεᾶϲ ἐπιφάνειαν 12 καὶ τὰν γεγονῶϲαν ὑπὸ τοῖϲ προγόνοιϲ ἰν τοὶϲ(!) Ἕλλα 13 ναϲ εὐχρηϲτίαϲ(!) καὶ παρακαλέντωϲ(!), ὡϲ ἀποδέχη 14 ται ἁ πόλιϲ τὰν πανάγυριν καὶ ἐκεχειρίαν καὶ τὸν ἀγῶ 15 να ϲτεφανίταν ἰϲοπύθι[ο]ν τόν τε μου[ϲικ]ὸν καὶ γυμνι 16 κὸν καὶ ἱππικόν, τὸν τιθεῖ τᾶι Ἀρτέμιδι τᾶι Λευκοφρυηνᾶι 17 ὁ δᾶμοϲ τῶμ Μαγνήτων, καὶ τὰν πόλιν καὶ τὰν χώραν 18 αὐτῶν ἱερὰν καὶ ἄϲυλον εἶναι, τᾶι δὲ πόλι τᾶι ἁμετέραι 19 πάτριόν ἐϲτιν μάλιϲτα μὲν τὰϲ τᾶν θεᾶν τιμὰϲ ϲυν[α]ύ 20 ξειν, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺϲ ϲυγγενέαϲ καὶ φίλοϲ ἀντευερ 21 γετῆν ἰν τὸ ἀπροφαϲίϲτοϲ φαίνεϲθαι εἶναι φίλοϲ πρὸϲ 22 πάνταϲ τὸϲ καὶ ἁμὲ ἐαρημένοϲ, τῶν δὲ Μαγνήτων τῶν 23 ἀπὸ Μαιάνδροι ἐκ παλαιῶν μὲν χρόνωϲ(!) ἔχοντεϲ (-ντων F.) εὐνόωϲ 24 πρὸϲ ἄμμε, ϲυμφανὲϲ δὲ ποιηϲάντων τὰν ἔχοιεν ἐκτέ 25 νειαν καὶ αἵρεϲιν, ἀνάκα(!) παρεγένετο (-οντο F.) πὸϲ αὐτὸϲ πρεϲβεύ 26 οντεϲ Πρόξενοϲ Ἆγιϲ Ἀριϲτοπάμων· εὐνόωϲ τε γὰρ ποϲ[ε] 27 δέξαντο οἱ Μάγνητεϲ καὶ ἔδωκαν ἰν τὸν τειχιϲμὸν τᾶϲ 28 πόλιοϲ Δαρεικὸϲ τριακοϲίοϲ, τὸϲ ἐκόμιϲεν Ἀγαμήϲ 29 τωρ, διὸ ἁ πόλιϲ μεμναμένα τᾶϲ τε ϲυγγενείαϲ καὶ 30 φιλίαϲ καὶ πάντων τῶν γεγονότων εὐγνωμό 31 νων ὑπὸ τᾶι πόλι τᾶι Μαγνήτων ἀποδέχεται τὰ[ϲ] 32 θυϲίαϲ τᾶϲ Ἀρτέμιδοϲ τᾶϲ Λευκοφρυηνᾶϲ καὶ τὰν ἐκε 33 χηρίαν καὶ τὸϲ ἀγῶναϲ ϲτεφανίταϲ ἰϲοπυθίοϲ τόν τε 34 μουϲικὸν καὶ γυμνικὸν καὶ ἱππικόν, τὸν ποιένϲι οἱ Μά 35 γνητεϲ, δικαίαν ἀποδιδόντεϲ χάριν τᾶι εὐεργέτιδι καὶ 36 καθαγεμόνι τᾶϲ πόλιοϲ, καὶ τὰν πόλιν καὶ τὰν χώραν 37 εἶναι αὐτῶν ἱεράν, καθὼϲ ὁ θεὸϲ ἔχρηϲεν καὶ ἀξιόϲι[ν] 38 οἱ παραγεγονότεϲ πρεϲβευταὶ καὶ θεωροί, τοῖϲ θεωροῖϲ 39 τοῖϲ ἐπαγγέλλοϲι τὰν θυϲίαν καὶ ἐκεχηρίαν τᾶϲ Ἀρτέ 40 μιδοϲ τᾶϲ Λευκοφρυηνᾶϲ δότω Ϲθενόλαϲ ὁ ταμίαϲ 41 - - 20 - - ϲυμφόροιϲ(?) ἰνίϲ[τιον], καὶ τὰ 42 [ἰν τοῖϲ ν]όμο[ιϲ γεγρα]μμένα ἦν δίδοϲθαι, τὰ ἴϲα γρα 43 [ψάτω ἰν τ]ὰν θεωρίαν, ἰν δὲ τὸ λοιπὸν τί δεῖ δίδοϲθαι 44 ταινὶ τᾶι θεαρίαι ἰνίϲ[τ]ιον ἐνεκέχειρον, 45 οἱ νομογράφοι οἱ ἰν τᾶι ἐπὶ Λυκίν[οι] ἐτείαι γράψαν 46 τεϲ ἐπιδειξάντων τᾶι πόλει, ὡϲ οἱ πολῖται βωλεύ 47 ϲανται(!) περὶ τοινί· χωραϲάντων δὲ οἱ νομογράφοι 48 ἰν τοὶϲ(!) νόμοϲ καὶ τάννυν(!) τὰ[ν ἐ]κεχειρίαν, καὶ τὸϲ 49 ἀγῶναϲ τόϲνυν(!) γραψάντων πὸϲ τὸϲ ἄλλοϲ 50 ϲτεφανίταϲ, ὡϲ ϲυμφανὲϲ γίνητα[ι τ]οῖϲ Μάγνη 51 ϲιν, ὅτι ἁ πόλιϲ τάϲ τε τῶν θεῶν θυϲίαϲ ϲυναύξει 52 καὶ τὰ ὑπὸ τοῖϲ ϲυγγενέϲι καὶ φίλοιϲ καὶ [εὐ]νοίοιϲ 53 ἀξιωμένα ὑπακούει. θεαροδόκοϲ κατεϲτάθη 54 Νικήρατοϲ Ἀρκεϲίλου. ἐδόθη τοῖϲ θεαροῖϲ ἐπὶ 55 τὰν κοινὰν ἱϲτίαν τᾶϲ πόλιοϲ θῦϲαι δίϲ, καὶ τᾶι 56 θεοῖ ὅϲον καὶ αὐτοὶ διδοῦϲι, καὶ ξένια τοῖϲ θεαροῖϲ 57 τὰ ἐκ τῶν νόμων αὐθαμέραν.

*Subscriptio scribae Magnetis:*

58 ἀκολούθωϲ δὲ ἔδοξεν ψηφίϲαϲθαι
59 καὶ τοῖϲ ἄλλοιϲ Ἀρκάϲιν·

| | |
|---|---|
| 60 Τεγεάταιϲ | 69 Ὀρχομενίοιϲ |
| Μεθυδριεῦϲιν | 70 Καφυιεῦϲιν |
| Ϲτυμφαλίοιϲ | Φλεαϲίοιϲ |
| Κλειτορίοιϲ | Φενεάταιϲ |
| Πελλανεῦϲιν | Φιαλεῦϲιν |
| 65 Ἡραιεῦϲιν | Ἀλεάταιϲ |
| Ψωφιδίοιϲ | 75 Κυναιθεῦϲιν |
| Θελφουϲίοιϲ | Καρυννεῦϲιν |
| Λουϲιάταιϲ | Τριταιεῦϲιν. |

Desunt Ἀντιγονεῖϲ ex Arcadiae urbibus. Achaeis plerumque adscribebantur Πελλανεῖϲ Καρυννεῖϲ (cf. n. $357_{178}$) Τριταιεῖϲ, hi fortasse per aliquot annos foederi Achaico contributionem non solverant (v. p. $XXIV_{80}$). Desunt Ἀλιφειρεῖϲ quos Philippus tenuit usque ad a. 196: at tenuit quoque Ἡραιεῖϲ Ὀρχομενίουϲ ac vel Corinthios, quorum proprium habemus decretum. Sed commemorantur Μεθυδριεῖϲ, de quibus cf. p. $130_{127}$, et (Kern n. 41) Καλλιϲταιεῖϲ, quos per Philopoemenem demum autonomos factos esse credunt. Quare de annis 188 sqq. cogitavit Niese; prius tempus retinet Kern *Herm.* l. l. Nota Eleos inde ab a. 191 Achaeorum foederis fuisse: hic Achaeorum decreto (n. 39 Kern) subscriptos. Omnia haec argumenta non nimis premenda esse videntur, ac satis vel sub regibus nec non sub foederibus remansisse urbibus oppidulisque libertatis facile concedo. ‖ 19 τᾶν θεᾶν scil. Μεγαλᾶν. ‖ 24 Πρόξενοϲ etc. v. a. 370 sqq. ‖ 48. 49 τάννυν, τόϲνυν· ν perperam adiectum. ‖ 71 de Phliasiis: Paus. II 12, 3 ὅτι μὲν Ἀρκάϲι Φλιάϲιοι προϲήκουϲιν οὐδὲν Homeri catalogo probari, unde sequitur esse eos aliquando Arcades dictos (Kern).

204. Nabidis tyranni et Megalopolitarum rixae. Nabis ἤλαυνε τὰ Προαγόρου (Megalopolitae) θρέμματα καί τινων ἑτέρων. ἐξ ὧν ἐγένετο ἀρχὴ τοῦ πολέμου. Polyb. XIII 8, Niese II 565. — Hoc diuturno bello insignis Διοφάνηϲ Μεγαλοπολίτηϲ. Polyb. XXI 9 μεγάλην ἕξιν εἶχεν ἐν τοῖϲ πολεμικοῖϲ διὰ τὸ πολυχρονίου γεγονότοϲ τοῦ πρὸϲ Νάβιν πολέμου τοῖϲ Μεγαλοπολίταιϲ ἀϲτυγείτονοϲ πάντα ϲυνεχῶϲ τὸν χρόνον ὑπὸ τὸν Φιλοποίμενα τεταγμένοϲ τριβὴν ἐϲχηκέναι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων etc.

202 (Polyb. XV 25, 14) et 197 (XVIII 55, 6. 8). Πτολεμαῖοϲ Ἀγηϲάρχου Μεγαλοπολίταϲ non est Cypri praefectus: Dittenberger ad Orient. 117.

201. Philopoemen Messenen, quam Nabis iam praeter Ithomen ceperat, cum deficeret Lysippus Achaeorum praetor, adventu suo liberat. Niese II 565 sq.

201/0. Philopoemen tertium Achaeorum praetor. Niese II 566.

200. Philopoemen Achaeorum copiis omnibus Tegeam convocatis Laconiam invadit, Nabidis mercennarios vincit. Polyb. XVI 36 sq.

Saec. III s. II a. Chr. Βότριχοϲ Arcas mercennariorum sub tyrannis dux Spartae sepultus. IG V 1, 724.

Rhodi sepultus: Ἀπολλώνιε Ἀρκάϲ. *Bull. Hell.* XXXIV 1910, 247 sq., 40.

Saec. II a. Chr. ineuntis. Olympiae. Loewy *Bildh.* 271, Dittenb. *Inschr. Olymp.* 396. Α Θ Π Σ.

[- - - - - - - - - - *ethnicum in* - -]
ταν Μεγα[λοπολιτᾶν ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμοϲ ἀνέ]-
θηκαν ἀρετᾶ[ϲ ἕνεκα καὶ εὐνοίαϲ τᾶϲ εἰϲ]
αὐτούϲ.
Ἀριϲτέαϲ Νικάνδρου
Μεγαλοπολίταϲ ἐπόηϲε.

200/199. Cycliadas Achaeorum praetor alterum (Philopoemenis successor: Liv. XXXI 25).

200. Auctumno Philopoemen rursus in Cretam abiit, ut Gortyniorum esset praetor; domi (Plut. 13) διαβολὴν ἔϲχεν, ὅτι τῆϲ πατρίδοϲ αὐτοῦ πολεμουμένηϲ ὑπὸ Νάβιδοϲ ἀπῆν φυγομαχῶν ἢ φιλοτιμούμενοϲ ἀκαίρωϲ πρὸϲ ἑτέρουϲ. καίτοι ϲυντόνωϲ οὕτωϲ ἐπολεμήθηϲαν Μεγαλοπολῖται κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, ὥϲτε τοῖϲ μὲν τείχεϲιν

ἐνοικεῖν, σπείρειν δὲ τοὺς στενωποὺς περικεκομμένους τῆς χώρας καὶ τῶν πολεμίων σχεδὸν ἐν ταῖς πύλαις στρατοπεδευόντων ... v. p. 198.

**199.** Philippus rex in 'Achaiam legatos misit, simul qui iusiurandum — ita enim pepigerant, quotannis iuraturos in verba Philippi — exigerent, simul qui redderent Achaeis Orchomenon et Heraean et Triphylian, Megalopolitis Alipheran, contendentibus numquam eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis quae ad condendam Megalen polin ex concilio Arcadum contributae forent. Et cum Achaeis quidem per haec societatem firmabat.' Liv. XXXII 5.

**198.** Aristaenus Megalopolites primum Achaeorum praetor id agit, ut Achaeorum gens a Philippi regis amicitia ad Romanos transeat, post quem Cycliadas (praetor 209. 200) princeps factionis ad Philippum trahentium expulsus est. Liv. XXXII 19. Foederis consilium Sicyone habitum, Aristaenus foedus Romanum suasit; quod probatum; Megalopolitani et alii quidam antea propter Philippi beneficia concilium reliquerant. Liv. c. 20—22. Cf. Polyb. XVIII 13, 8. Tamen Aristaenus impedivit, quominus (absens) damnaretur Philopoemen: χαλεπῶς δ' οὖν οἱ Μεγαλοπολῖται φέροντες ἐπὶ τούτῳ καὶ προδεδόσθαι νομίζοντες ἐπεχείρησαν ἀποξενοῦν αὐτόν· οἱ δ' Ἀχαιοὶ διεκώλυσαν Ἀρίσταινον πέμψαντες εἰς Μεγάλην πόλιν στρατηγόν, ὃς καίπερ ὢν διάφορος τῷ Φιλοποίμενι περὶ τὴν πολιτείαν, οὐκ εἴασε τελεσθῆναι τὴν καταδίκην (Plut. Philop. 13) — quae etiam a. 195 accidisse possunt.

**197.** Philippus ad Cynoscephalas, Androsthenes a Nicostrato Achaeorum praetore ad Nemeam devicti; convenerant Achaei Apelaurum Stymphaliae terrae locum. Liv. XXXIII 14sq.

**196.** Flaminius Achaeis favens Corinthum Triphyliam Heraeam (quae omnes Philippi fuerant) reddidit. Liv. XXXIII 34, cf. Polyb. XVIII 47; Niese II 652 cf. 655.

— Polyb. XVII 42. Senatus decemviros in Graeciam misit τοὺς χειριοῦντας τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Τίτου καὶ βεβαιώσοντας τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν. ἐποιήσαντο δὲ λόγους ἐν τῇ συγκλήτῳ καὶ περὶ τῆς συμμαχίας οἱ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις, ... γενομένης δ' ἀντιρρήσεως κατὰ τὸ παρὸν διὰ τὸ κατὰ πρόσωπον Ἠλείους μὲν ἀμφισβητεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας, ... Αἰτωλοὺς δὲ περὶ τῆς Ἡραιῶν πόλεως, ὑπέρθεσιν ἔλαβε τὸ διαβούλιον ἐπὶ τοὺς δέκα.

**195.** Aristaenus alterum Achaeorum praetor fortasse tunc demum impedivit, ne damnaretur Philopoemen (v. a. 198/7).

**193/2.** Philopoemen e Creta rediit. Plut. 14: ἀνακομισθεὶς εἰς Πελοπόννησον εὗρε τὸν μὲν Φίλιππον ὑπὸ τοῦ Τίτου καταπεπολεμημένον, τὸν δὲ Νάβιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων πολεμούμενον. ἐφ' ὃν εὐθὺς αἱρεθεὶς ἄρχων (auctumno a. 193 quartum Achaeorum praetor).

**192.** Philopoemen a Nabide pugna navali ad Gytheum victus (Plut., Liv. XXXV 26); sed cum exercitu Laconiam intrat; c. 29: 'Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est', depopulavit, deinde Tegeam abiit, concilioque eodem et Achaeis et sociis indicto, Laconiam invadere statuit. 'Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra'. Nabis devictus. — Lycortas Megalopolitanus tunc ἵππαρχος: equitibus praeerat Liv. XXXV 29. Mantinienses victoriae participes Mantineae donarium dedicaverunt: n. 293.

Nabis ab Aetolis necatus. 'Philopoemen audita caede tyranni profectus Lacedaemonem ... societati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit'. Liv. XXXV 37; Plut. 15; Paus. VIII 40, 10.

Philopoemenis et Flaminii aemulatio Liv. XXXV 47.

**192.** Achaei T. Quinctio Flaminio praesente Aegii in concilii Antiochi Magni foedus spernunt. Liv. XXXV 48. — Messenii et Elei Antiochi socii, nec non Amynander Athamaniae rex, qui 'uxorem Apamiam, filiam Alexandri cuiusdam Megalopolitani, habebat, qui se oriundum a magno Alexandro ferens filiis duobus Philippum atque Alexandrum et filiae Apamiam nomina imposuerat; quam regiis inclutam nuptiis maior ex fratribus Philippus secutus in Athamaniam fuerat'. Id. c. 47. —'Amynander Philippum Megalopolitanum' (Zacyntho) 'insulae praefecit; postea per bellum, quo se Antiocho adversus Romanos coniunxit Philippo ad munera belli revocato' ... Liv. XXXVI 31.

**post a. 192,** quo ad Achaeorum foedus Boeoti redierunt (Swoboda *Gr. Staatsaltert.* 274). Decretum megaricum IG VII 11 ἐπὶ βασιλέος Πασιάδα, quo Μένανδρος Καλλικράτεος Μεγαλοπολίτας proxenus factus est: ΑΘΠΠΣΩ.

**191.** Antiochus ad Thermopylas devictus. Diophanes praetor Messenen aggressus a T. Quinctio Flaminio revocatur. Liv. XXXVI 31. Flaminius Messeniis imperavit ut exsules reducerent et Achaeorum concilii essent. Corinthi Achaeorum concilium habitum; deinde Aegii; ibi Elei quoque foederi conciliati sunt.

Flaminius et Diophanes praetor cum Spartani non obtemperarent ἤλαυνον ἐπὶ Λακεδαίμονα, Philopoemen καίπερ ἐν τῷ παρόντι ἰδιώτης ὤν, ἀπέκλεισεν ὅμως ἐπιοῦσιν αὐτοῖς τὰς πύλας. Paus. VIII 50; Plut. 16; Niese II 715sq.

— Diophanis statua: Paus. VIII 30, 5 Megalopoli in foro: ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ ἑνὸς γεγραμμένον τῶν βάθρων Διοφάνους φησὶν εἶναι τὴν εἰκόνα, Διαίου μὲν υἱοῦ, συντάξαντος δὲ ἀνδρὸς πρώτου Πελοπόννησον τὴν πᾶσαν ἐς τὸν ὀνομασθέντα Ἀχαϊκὸν σύλλογον. VIII 51, 1.

**190.** Polyb. XXIV 9. Diophanes cum MC militibus Achaeorum ab Achaeis in Asiam Eumeni auxilio missus. Polyb. XXI 9, 1. 2; eius laus § 3.

Inter hos 'νεανίσκους' Polybium fuisse coniecerat Mommsen *Röm. Gesch.* II[6] 448 (Susemihl *Gesch. Lit. Al.* II 82, 5), qui ut testis oculatus Antiochi bellum et Manlii adversus Galatas expeditionem descripsisset; sed alius potius testis commentarios a Polybio esse adhibitos praefert Cuntz *Polyb.* 76.

**189.** Philopoemen quintum praetor Achaeorum (190/89) 'legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus, quae Achaici concilii essent, in vicem conventus agerentur; et sub adventum consulis damiurgis civitatium, qui summus est magistratus, Aegium evocantibus ... Argos conventum edixit'. Liv. XXXVIII 30. Lacedaemonii foedus achaicum renuntiant, Romanis se dedunt. Consul Achaeos Elin convocat. Diophanes et Lycortas Megalopolitani Romam legati (c. 32).

**189/8.** Auctumno 'Philopoemeni continuatur magistratus' (sextum praetor).

**188.** Vere Philopoemen Lacones coegit muros diruere Lycurgi leges moresque abrogare Achaeorum legibus institutisque adsuescere. Concilium Tegeae habitum. Achaeorum decretum. 'Porticus ex ea pecunia Megalopoli permissu Achaeorum refecta est, quam Lacedaemonii diruerant, et ager Belbinates, quem iniuria tyranni Lacedaemoniorum possederant, restitutus eidem civitati ex decreto vetere Achaeorum, quod factum erat Philippo Amyntae filio regnante' Liv. XXXVIII 34. Cf. Plut. Phil. 16.

Philopoemenis lateres n. $469_7$. Eandem porticum Philippus Amyntae f. rex dedicaverat: *Excav. Megalop.* 66. 104; Dickins *Ann. Br. Sch.* XII 1905/6, 126. Tota urbs tunc ornata. theatrum alia aedificia aucta. *Excav. Megalop.* 53. 59; Dickins 127. Huic aevo Damophontis opera attribuit Dickins.

**189 s. 188?** Huc refert Niese III 37 rem a Philopoemene gestam, quam Plut. Phil. 13 post Creticam expeditionem alteram et Aristaeni interventionem (cf. a. 200. 198. 195) rettulit: 'ἐκ δὲ τούτου παρορώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὁ Φιλοποίμην ἀπέστησε πολλὰς τῶν περιοικίδων κωμῶν, λέγειν διδάξας, ὡς οὐ συνετέλουν οὐδὲ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς ἐκείνων, καὶ λεγούσαις ταῦτα φανερῶς συνηγωνίσατο καὶ συγκατεστασίασε τὴν πόλιν ἐπὶ τῶν Ἀχαιῶν. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ etc. Cf. Swoboda *Klio* XII 1912, 36.

(Huc Magnetum decretum propter Methydrii mentionem rettulit Niese; v. ad a. 205.) Nummi aenei, quibus post Ἀχαιῶν commune nomen inscriptum est (Head[2] 418 ad a. 194, a nobis sub singulis oppidis anno 191 attributi): Ἀλιφειρέων, Ἀσεατᾶν (vel -ῶν), Διπαιέων, Ἑλισφασίων[1]), Θισοαίων (-αιέων), Καλλιστατᾶν, Κορτυνίων, Μεθυδριέων, Παλλαντέων, Τευθιδᾶν.

[1]) In Maenalo monte prope Mantineam: p. $50_{38}$; cf. ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην p. $XI_{68.\ 72}$.

**188.** Ἀρκεσίλαος Μεγαλοπολίτης Olympiae στάδιον vicit. Africanus ap. Eus. p. 210 Schoene, Kirchner et Wilcken *Realenc.* II 1164, 13. 15. Idem? v. 168. 160.

**187 s. 188/7.** Archo (Aegirates? Polyb. XXIX 25) Achaeorum praetor.

**187/6.** Philopoemen praetor septimum. Lycortas Polybii pater Achaeorum ad Ptolemaeum legatus. Pol. XXII 3, 6.

**186/5.** Aristaenus Achaeorum praetor. 185 ἐν Μεγάλῃ πόλει τῆς συνόδου τῶν Ἀχαιῶν ὑπαρχούσης Eumenis regis dona reiciuntur; legati ad Ptolemaeum anno praeterito missi et Seleuci regis legati audiuntur Polyb. XXII 10—12. Concilium Achaeorum Argis habitum, τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης (non Nemeorum, an Heraeorum? Niese III 47, 3). Aristaenus praeses, Q. Metellus Achaeorum contra Lacedaemonios severitatem vituperat; Diophanes Megalopolites et ipse in Philopoemenem invectus, hic et Lycortas se defendunt.

**184.** Lycortas primum praetor (185/4) Clitore in Achaeorum concilio ante Appium Claudium contra Lacedaemonios verba facit. Liv. XXXIX 35sq.; Niese III 48.

**184/3.** Philopoemen praetor Achaeorum octavum, annum agens septuagesimum. (183) Messenii a foedere defecerunt, Lycortas pro aegrotante praetore missus nihil agit. Philopoemen uno die Argis Megalopolim venit, cum equitibus electis Messeniam petiit, sed ipse captus et Dinocratis iussu veneno absumptus est. Lycortas pro eo tertium Achaeorum praetor suffectus.

Niese III 51sqq.: Philopoemenem ante exitum anni Olympici 184/3 occisum, hieme 183/2 bellum praeparatum (huc transposito Polyb. XXIII 12), vere anni 182 bellum gestum esse censet.

182. Vere demum Lycortas Achaeorum praetor Messenios punivisse videtur Niesio; sed cf. Plut. Phil. 21, qui post Philopoemenis mortem dicit Achaeos Megalopolim convenisse, οὐδ' ἡντινοῦν ἀναβολὴν ἐποιήσαντο τῆς τιμωρίας, ἀλλ' ἑλόμενοι στρατηγὸν Λυκόρταν εἰς τὴν Μεσσήνην ἐνέβαλον καὶ κακῶς ἐποίουν τὴν χώραν, ἄχρι οὗ συμφρονήσαντες ἐδέξαντο τοὺς Ἀχαιούς. — Polyb. XXIII 16 ὅτι ὁ Λυκόρτας ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς τοὺς Μεσσηνίους καταπληξάμενος τῷ πολέμῳ ... Messenes arx ab Achaeis occupata. § 12 συνέβαινε τότε πάλιν συνάγεσθαι τοὺς Ἀχαιοὺς εἰς Μεγάλην πόλιν ἐπὶ τὴν δευτέραν σύνοδον. — Polyb. XXIII 17 Messenii denuo in Achaeorum foedus recepti; sed ἡ δ' Ἀβία καὶ Θουρία καὶ Φαραὶ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀπὸ μὲν τῆς Μεσσήνης ἐχωρίσθησαν, ἰδίᾳ δὲ θέμενοι στήλην ἑκάστη μετεῖχε τῆς κοινῆς πολιτείας. Megalopolitanis Andania data esse videtur; v. infra p. $XXVII_{144}$. Concilio Sicyone habito Lycortas etiam Lacedaemonios Achaeis adiecit (c. 18), qui invicem statuam eius Epidauri posuerunt IG IV 1421 (v. Wilamowitz *Isyllos* 4 adn., v. Scala *Polybios* I 15 sqq.); ἁ πόλις ἁ τῶν Λακεδαιμονίων Λυκόρταν Θεαρίδα Μεγαλοπολίταν ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἃς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν. — Ibidem Polybii fratrem Epidaurii honoraverunt, cuius tunc in ordinandis Messeniorum rebus aliquae videntur partes fuisse (*Inschr. Olymp.* $46_6$); IG IV 1422: Θεαρίδαν Λυκόρτα Μεγαλοπολίταν ἁ πόλις τῶν Ἐπιδαυρίων ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας, ἃς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν, cf. de eo sub a. 158 et 146.

Philopoemenis honores: n. 432. Urnam (ὑδρίαν) portavit ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος. Magna urbs sibi visa συναποβεβληκέναι τὸ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς. Plut. Philop. 21.

181/0. Lycortas praetor quartum. Polyb. XXIV 6 Achaei ad Ptolemaeum (quintum, Epiphanem) qui donum magnificum promiserat legatos mittere decreverunt Λυκόρταν, Πολύβιον νεώτερον ὄντα τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας, Ἄρατον Ἀράτου Σικυώνιον. Sed mortuo rege (7. X 181—7. X 180 Strack *Dynastie Ptolemäer* 183) legatio non est perfecta.

Ad a. 180 retulit Cuntz *Polyb.* 75, colligens eum tunc plus 18, minus 30 annis agisse. || Polybius ante se ipsum tradit (XXXVII 4) μηδένα μέχρι γε τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν ταὐτὸν ἡμῖν ὄνομα κεκληρονομηκέναι κυρίως, ὅσον γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι.

181—168. Megalopolitae cum Thuriensibus et Messeniis de finibus agrorum in Messenia sitorum disputant. Dittenberger *Inschr. Olymp.* 46, cf. similem titulum IG V 1, 1429 (Messeniorum et Megalopolitarum).

*Latus A, fragmenta a, b, e, f. Megalopolitae et Thurienses.*

\- - - - - - - - - - - - - - - ἀπε[γρ]α[ψάμεθα]
[τ]ῶν [- - - - - - - - - - ἐν οἷς γ]εγράφαμεν
γράμ[μασι κατὰ τὸ ἐπ' Ἀριστομέ]νεος γραπτὸν - -1—8- -
τοῖς μ[ὲν ἥκουσιν ἀπὸ τᾶς πόλιο]ς τῶμ Μεγαλο[πολιτᾶν]
Διοφάν[ει Διαίου, τῶι δεῖνι Λί]χα, Δαμέαι Θε[αρίδα?],
Θεαρίδα[ι Λυκόρτα, τῶι δεῖνι -]ένεος, Πολυβίω[ι Λυκόρτα],
Ποσειδίπ[πωι τοῦ δεῖνος, - -]ωι Πασίππου καὶ Φιλί[ωι]
Δαμαίνου, [τοῖς δὲ παραγενομ]ένοις ἀπὸ τᾶ[ς] πόλιος
τῶν Θουρ[ιέων τῶι δεῖνι τοῦ δεῖνος, Σ]ωκράτει Ἀ[γ]αθία,
Τρι[- - τοῦ δεῖνος, περὶ τᾶς χ]ώρας τᾶς ἀμφιλλεγομέ-
νας [- - - - - κα?]ιρῶ, ἃν εὐδόκησαν οἱ
Θο[υρ]ιέες [- - - - - τ]ὰν χώ[ρα]ν κατά τε τὰν
[κ]ρίσιν ἃν [- - - - ἔδω]καν [οἱ] περὶ
Ἀριστομ[ένη - - - - - - ἔδ]ωκαν οἱ Μεγαλο-
πολῖτα[ι - - - - - - - - οἱ Μεγ]αλοπολῖται
ἀποστ[είλαντες - - - - - - τῶ]ν χρόνων
ἐκ τᾶν - - - - - - - - - - καὶ τοὺς ὅρους
οὓ[ς ὥρισαν - - - - - - - - - -] αἱ πόλεις
ἑκ[άτεραι ἐν τῶι ἐπὶ - - - - - - - ἐ]νιαυτῶι,
ὡ[ς ἐκ τῶν - - - - - - - - - - -]την γεγενη-
μ[εν - - - - - - - - - - - - - γι]νώσκετε
\- - - - - - - - - - - - - - - - -εσ[α]ν

*Fragmenta c, d. Post trium versuum reliquias.*

26 [τ]οῖς Μεγαλοπολίτ[αις - - - - - - - - - τᾶς]
ὁδοῦ, ᾶι ἁ [δ]ιάβασις ἁ κατα [- - - τᾶι ὁδῶι τᾶι ἀρ]-
χαίαι, ᾶι εἰς τὸ διατείχι[σμα τὸ Φορβαῖον, καὶ ἀπὸ τῶ]
[Φ]ορβαίω εἰς τὸ ἱερὸν τῶ Λ[υκαίω Διός, ἀπὸ δὲ τῶ ἱερῶ]
ἐπὶ Κοίλαι Δέραι ἐπὶ τὰ[ν Φάλακριν κατὰ τοὺς τεθέντας ὑπὸ]
Εὐφάμω ὅρους ἀπελπι [- - - - - - - - Μεγαλοπολι]-
τᾶν τοῖς δαμιο[ρ]γοῖς [- - - - - - - - - -, ἀπὸ δὲ]
τᾶς Φαλάκριος ἐ[π' ε]ὐθε[ίας εἰς τὰν περιβολὰν τὰν - -]·
ἀπὸ δὲ τᾶς περιβο[λ]ᾶς [εἰς τὸν - - λόφον· ἀπὸ δὲ τοῦ]
λόφου εἰς τὸ τοῦ Δ[ιὸς ἱερὸν καὶ τὸν (πευκώδη)λόφον· ἀπὸ δὲ τοῦ]
πευκώδεος λόφου [- - - - - - - - - - - - ἐπ' εὐ]-
θείας εἰς τὸ τοῦ Δι[ὸς ἱερὸν - - - - - - - - - -]
ὑφ' ᾶι ἐστι ὁ λάκκο[ς - - - - - - - - - - - -]
...... ρ . ς αὐτοι - - - - - - - - - - - -
\- - - - -τι ε- - - - - - - - - - - - -

*Latus B, fragmenta a, b, e, f. Megalopolitarum et Messeniorum.*

[...... Μεγαλο]πολι[τα - - - - - - - - - - -]
............ι ἐπ' εὐθε[ίας - - - - - - - - - -]
[....... Παρ]θενίαι εὐθέ[ως - - - - - - - -]
........λεστις καὶ Θο[υριέων - - - - - - - -]
.......ιακατοιω [πο]ταμο[ῦ - - - - - - - - - -]ν
.....ησαν αἰεί τε Μεσσα[νι - - - - - - - καὶ ἀ]πὸ
[πρ]α[ό]νος τοῦ Π[α]λισκίου ἐ[- - - - - - ὁ ὁρισμ?]ὸς
τᾶς χώρας τᾶς ὑπὲρ τὸ ἐν - - - - - - - - - - -ν,
εἶμεν [δὲ κα]ὶ [ἐ]πὶ ἐκκλησί[αν - - - - - - - κατ]ὰ
πόλιμ Μεσανί[ω]ν προ . κ - - - - - - - - - - -ων
ὑπερβάντ[ε]ς το[.. κ]αὶ ει . νε ε - - - - - - - - εχω-
τατον, ὡς ε ι λ ι τ .. ατε - - - - - - - - - -θέω-
μεν κατὰ τὸν νόμον - - - - - - - - - - -ι κα[ὶ]
Με[σ]σ[ανίων πόλ]ις? - - - - - - - - - - καὶ
οἱ Μεσσάνιοι τα . τα - - - - - - - - - -σαν κὰτ
[τ]ὸ γραπτόν, ὃ ἔθε[σαν οἱ Ἀχαιοὶ [- - ἐ]ν τᾶι ἐν [Σι]-
κυῶνι συνόδω[ι, Μεγαλοπολιτᾶν εἶμεν τὰν χώρα]μ πλὰ[ν]
τὰν Δωρίδα [- - ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ] Ἀνάπου [τ]ο[ῦ]
ἐξ Αἰγυνέ[ας ῥέοντος - - - - - - - - -] τᾶς χώρας
τᾶς Μεσσ[ανίων - - - - - - - - - - - κ]αὶ ποτὶ
τὰν ὁδὸν τ[ὰν - - - - - - - - - - - -] ἐστιν
τᾶς Δωρίδ[ος - - - - - - - -]εγον *etc.* (2 *vss.*)

*Fragmenta c, d.*

\-ρα-
\-σ]υντε[λ-
\- οἱ περὶ Ἀρι]στομέν[ν]η καὶ ἁ π[όλις]
\-διων ἐπὶ τᾶς ζαμία[ς]
\- τ]οῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου
\- ἐναν]τίον τοῦ ὑλοῦ λόφου
\- ἱ]ερὸν εἰς τὸ τῶ Διὸς
\-πὸτ] ἄρκτον, τούτω δὲ εἰς τὰν
\- τούτω δὲ εἰς τὸν ποτα]μὸν τὸν Ἑλίσοντα
\- - τ]ῶ ἱερῶ τῶ Ἀπόλλωνος
\- τᾶι ὁδῶι τᾶι ἀρχαίαι
\-νε Γ Ρ Ι Ι ου, ἀπὸ δὲ τοῦ
\- ἀπὸ] δὲ τοῦ λευροῦ τοῦ
\- ἐπὶ τὸ [ἱε]ρὸν τᾶς Ἀρτέμιτος
\- το]ύτω δὲ ἐπὶ τὸ τῶ
-, τούτω δὲ εἰς Πο]τείδειαν, τούτω δὲ
\- ἐ]ν ἄκρωι τῶι ὄρει
\-τ]ωι ἐπὶ ταύ[ται] *etc.*

Dialecti diversitatem, genetivos in -ω et -ου, ex prioribus documentis explicat Ditt. || 3. 14. 67 De Aristomenis illius fabularis ficto documento agi suspicatur Ditt. || 5 Διοφάνης Διαίου praetor Achaeorum a. 191 (u. v.), in Asiam missus a. 190 etc. Ditt. || 6 Θεαρίδας si idem est atque Polybii frater maior, annis 158 et 146 Romam legatus ivit. Ditt. || Πολύβιος nobilis est historicus; anno 181/0 νεώτερος τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας. || 26 [τᾶι ὁδῶι τᾶι ἀρ]χαίαι ex vs. 75 Ditt. || 29 Λ[υκαίω Διός ex vs. 69 supplevi; non est celebre fanum. || 30 supplevi. || Κοίλαι Δέραι cf. κατὰ Δέραν ... κατὰ τὸ κοῖλον V 1, 1429, hic quoque in Megalopolitarum et Messeniorum finibus, ut de eadem re agi crederes. || 31 ὅρους ἀπ' Ἑλπι- Ditt. || 47 Π[α]λισκίου ex homonymo Arcadiae loco (Paus. VIII $36_7$) restitui. || 56 synodus Sicyonia anni 182 Ditt. || 58 Δωρίδα cf. Paus. IV 33, 7 πόλεως ἐρείπια Δωρίου, Strab. (Artemid.) VIII 350: Δώριον δ' οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον φασίν, οὐδὲν δὲ νῦν δείκνυται· ὅμως δ' ἔνιοι τὴν νῦν Ὀλουριν ἢ Ὀλουραν ἐν τῷ καλουμένῳ Αὐλῶνι τῆς Μεσσηνίας κειμένην Δώριον λέγουσιν. Planities est prope Σουλιμᾶν vicum hodiernum et σιδηροδρομικὸν σταθμὸν Ἀετόν. Frazer (et Woodhouse) ad Paus. l. l. Haec regio igitur Messeniis, vicina planities inclusa Andania Megalopolitis data (Ἀνδανία πολίχνιον Ἀρκαδικόν Demetr. Sceps. et Apollod. ap. Strab. VIII 350 alias, Hiller *Hira und Andania* 6). || 73 Ἑλίσοντα non arcadicum qui prope Megalopolim est. Ditt. || 75 cf. 27. || 77 λευροῦ ad planitiem spectat, cf. oraculum Hdt. I 67 de Tegeae situ. || 78 De Ἀρτέμιδος [Ἑ]λείας ἱερῷ τῆς ὑπὸ τοῖς Ἀρκάσιν, quod Strabo l. l. (VIII 350) ante Dorii mentionem commemorat, agi potest. || 81 termini ex planitie ad montes redeunt.

180/79 (Nissen; Niese III 59). Hyperbatus Achaeorum praetor. In concilio rixae eius et Callicratis Leontesii cum Lycortae factione de exulibus spartanis. Legati Romam missi Callicrates, Λυδιάδας Μεγαλοπολίτης[1]), Aratus Sicyonius Pol. XXIV 10.

[1]) Quem non recte eundem esse crediderunt atque Eudami filium n. 534.

179/8. Callicrates Leontesius Achaeorum praetor Lacedaemoniorum exules reducit, leges Lycurgeas restituit. Niese III 60. Pol. XXIV 12, 10: ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐγένετο μεταβολῆς. Cf. Paus. VII 9.

174 (Antiochus Epiphanes). 'Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturum urbi est pollicitus, maioremque partem pecuniae dedit' Liv. XLI 20 (174 a. Chr.). Sequitur: 'et alia multa in aliis locis pollicitus, quia perbreve tempus regni eius fuit, non perfecit'. Antiochum non Perseum esse docet Pol. XXVI 1, 11. XXVIII

22, 3; hic ubi res anni 169 enarrantur legati dicuntur cum CL talentis missi esse, e quibus πεντήκοντα μὲν στέφανον Ῥωμαίοις, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν χρημάτων εἰς δωρεάν τισι τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων.

Foucart ad Le Bas III 331*c* inde ab anno 171, quo Antiochus pecuniam dedisset, novam in huius regis honorem constitutam esse censet aeram; v. ad n. 440/1.

Ante annum 170. Κάσσανδρος Μενεσθέως (idem qui Τρὼς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας Δελφῶν πρόξενος ἄρχοντος Θεοξένου = 166/5: Dittenberger Syll.[2] $268_{39}$, Pomtow) honoratur: Dittenberger Syll.[2] 291; Pomtow *Herm.* XLI 1906, 359 sq. Ibi referuntur cum alii tum: τὸ κοινὸν τὸ Ἀχαιῶν, ἁ πόλις ἁ Ἀργείων, ἁ πόλις ἁ Μεσσηνίων, ἁ πόλις ἁ Μεγαλο[πολιτᾶν], ἁ πόλις ἁ [Τε]γεατᾶν, ἁ πόλις ἁ Φλειασίων, ἁ πόλις ἁ Κλεων[αίων], ἁ πόλις ἁ Ἡραιέων. (Pro Φιλλέων Nikitsky substituit Παλέων.) Honores urbium: χρυσῶι στεφάνωι.

171 initium belli tertii macedonici.

170/69. οἱ περὶ τὸν Λυκόρταν καὶ τὸν Ἄρχωνα καὶ τὸν Πολύβιον in priore concilio Achaeorum Romanis suspecti Polyb. XXVIII 3, 7. Achaeorum alterum concilium Polyb. XXVIII 6. Lycortas nec Perseo nec Romanis suasit ut faverent; Arcesilaus Aristo Megalopolitae aliique potius cum Romanis faciebant. Qui Archone suadente vicerunt. Archo ipse (tertium) praetor electus, Polybius hipparchus. Niese III 137 sq.

169. Polybio rogante Eumenis honores ab Achaeis restituti. Polyb. XXVIII 7, 8. — Achaei decernunt ut totus exercitus Romanis auxilio in Thessaliam mitteretur; legatos ad Marcium Philippum consulem miserunt, Polybium alios, qui ad Perraebos profecti τῶν κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς Μακεδονίαν κινδύνων μετέσχον. Polybius retentus μετεῖχε τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων. Pol. XXVIII 12. 13.

168 (Niese). Aemilius Paullus post victoriam ad Pydnam paratam nobiles Graeciae locos, Peloponnesi Corinthum, Sicyonem, Argos, Epidaurum, Lacedaemonem ac Pallantium adiit; unde per Megalopolim Olympiam escendit Liv. XLV 28.

— Polyb. XXIX 25 Archo Aegirates, Arcesilaus et Aristo Megalopolitae ab Achaeis legati, ut Ptolemaeum et Antiochum conciliarent; Polybius antea e concilio abierat. Ptolemaei legati petierunt, ut Lycortam et Polybium ἐπὶ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον Achaei mitterent; quod factum esse non constat: Niese III 150, 5. 183, 4.

168/7 a. Chr. Ἀγαμήστωρ δὲ μετὰ τὴν Περσέως ἅλωσιν, Ἀρκάς, υἱὸς ὢν Πολυξένου, ἐπὶ Ξενοκλέους τὴν ἀπόλυσιν τοῦ βίου ἐποιήσατο. Mekler Acad. philos. ind. Herc. 96 col. XXVIII et p. 119; cf. XXVII 32.

167/6. Achaeorum obsides in Italiam missi, in iis Polybius, qui Aemilii Paulli filiorum Fabii et Scipionis Aemiliani amicus sociusque factus usque ad annum 150 Romae mansit. Cuntz *Polyb.* 51.

c. 165. ἄρχοντος Πύρρου. Νίκων Νικία Μεγαλοπολίτας τραγωιδὸς ... ἐνδαμήσας ἀξιωθεὶς ἐπέδωκε τῶι θεῶι ἁμέραν καὶ ἀγωνίξατο καὶ εὐδοκίμησε. Ei proxenia a Delphis in Philopoemenis statua inscribitur. *SGDI* 2799 = Bourguet *Delphes* III 48. Idem Nico *SGDI* $2581_{307}$.

164. Romanorum legati Megalopolitis et Lacedaemoniis missi διευκρινήσοντες περὶ τᾶς ἀντιλεγομένης χώρας Polyb. XXXI 9, 7. Romani Megalopolitis agrum adiudicaverunt. — Aliquot annis post arbitrium civitatis doricae *Inschr. Olymp.* 47 (Dittenberger Syll.[2] 304).

162. Polybius Demetrium (Syriae postea regem) adiuvit, ut Roma in patriam rediret. Polyb. XXXIII 19 sqq. Niese III 245.

158. Polyb. XXXII 17 παρὰ τῶν Ἀχαιῶν οἱ περὶ Θεαρίδαν καὶ Στέφανον pro Deliis profugis quibus Achaei civitatem dederant Romam missi; sed nihil ibi contra Atheniensium legatos profecerunt. Cf. ad 148.

150. Menalcidas Spartanus Achaeorum praetor Paus. VII 12, 3. — Auctumno Achaei ex Italia in patriam dimissi, inter eos Polybius, qui ipse senatum rogaverat, ὅπως ἃς πρότερον εἶχον ἐν Ἀχαΐᾳ τιμὰς οἱ φυγάδες ἀναλάβοιεν Polyb. XXXV 6.

149. Diaeus Megalopolitanus (Diophanis f? Diaei n? quia Diophanis, qui Philopoemenis adversarius erat, pater nominatur Diaeus: Paus. VIII 51, 1, Niese III 339, 4) Achaeorum primum praetor Menalcidae successor: Paus. VII 12, 3. — Polybius Manilii consulis iussu in Africam venit; Masinissam moribundum vidit Cuntz *Polyb.* 51. 54.

149? Paus. VII 12, 4 Λακεδαιμόνιοι περὶ ἀμφισβητησίμου χώρας καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων βουλήν· καταφεύγουσι δὲ αὐτοῖς προεῖπεν ἡ βουλὴ δικάζεσθαι τὰ ἄλλα πλὴν ψυχῆς ἐν συνεδρίῳ τῷ Ἀχαιῶν. Quam terram ad Belminatidem refert Swoboda *Klio* XII 1912, 33, 5.

148/7. Damocritus Achaeorum praetor (149/8) bellum contra Spartanos gerit.

148 aestate? Polybius a Scipione res in Africa gerente cum classe scrutandi illius orbis gratia circumvectus oram infra et extra Herculis columnas perscrutatus est. Plin. hist. V 9 cf. VI 199 de extrema Mauretania. Cuntz l. l. 52—54. — Diaeus pro Damocrito denuo Achaeorum praetor. Metellus bellum macedonicum quartum confecit. Aerae macedonicae initium, Kubitschek *Realenc.*[3] I 636, XXVI; Brandis ibid. 192; quam in Arcadia non valuisse demonstravit Wilhelm.

147. Polybius Scipionem in obsidenda Carthagine adiuvit; Ammian. XXIV 2, 16. L. Aurelius Orestes Romanorum legatus Corinthum venit, senatus consultum ferens de Achaeorum foedere (Paus. VII 14, 1) μήτε Λακεδαιμονίους τελεῖν ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν μήτε αὐτὴν Κόρινθον, ἀφεῖσθαι δὲ καὶ Ἄργος καὶ Ἡράκλειαν τὴν πρὸς Οἴτῃ καὶ Ὀρχομενίους Ἀρκάδας συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν· γένους τε γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν τοῦ Ἀχαιῶν μετεῖναι καὶ ὕστερον τὰς πόλεις προσχωρῆσαι ταύτας πρὸς τὸ Ἀχαϊκόν.

146. Thearidas Lycortae f. Polybii frater Romam legatus. Metellus Critolaum praetorem ad Scarpheam devicit, Critolaus moritur. Metellus mille Arcades, qui post pugnam ad Scarpheam commissam Elateam advenerant, inde reduces ad Chaeroneam delevit Paus. VII 15, 5. 6. Victus in Isthmo et Megalopolim profectus se ipsum occidit.

Critolao suffectus Diaeus ἔγραψε ταῖς πόλεσι πάσαις (Polyb. XXXIX 8), servos armare iussit et ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι συνηνάγκαζε καὶ κατ' ἰδίαν εἰσφέρειν τοὺς εὐπόρους, οὐ μόνον τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ τὰς γυναῖκας. Huc catalogum Trozenium IG IV 757[1]) rettulit Fraenkel, cum Mylonas de bello Cleomeneo (Plut. Cleom. 19) cogitasset; Fraenkelio assensus est Frickenhaus *Ath. Mitth.* XXXVI 1911, 31. Catalogos Megalopolitanos, quos ipse ad eandem rem pertinere conieceram, propter aeram seriori aevo attribui; v. n. 438—442. Corinthus deleta.

[1]) IG IV 757*B* Arcades Trozene habitant: vs. 20: ἔδοξε τοῖς πατ[ριώταις τοῖς ἐγκτη]μένοις Ἀρκάσι δόμεν τὰγ γᾶν τὰν ἔσσαν αὐτοῖς κοινὰν ἐς τὸν διατειχ[ισμὸν τᾶς πόλ]ι[ος· ἀ]νήνικε Πάντις Καλλιμαχίδας (!), Νίκαν[δρ]ος Πεισικράτεος.

# IV. ARCADIA ROMANA.

## A. FONTES.

Sicut epicorum carminum aevo fabulae non ab Arcadibus ipsis nec sua sponte nec poëtarum indole creatae, sed extrinsecus illatae sunt et posteris quoque saeculis communis illa de Pelasgorum origine opinio montium et silvarum gloriam augebat, ita iam cum primum Romanorum arma Graeci sensissent, extrinsecus novas cum veteribus mixtas fabulas Arcadiae reddiderunt. Graecorum vero de Aenea, Euandro, Pallante Arcadibus commentis assensi sunt poetae rerumque scriptores Romani, Ennius Fabiusque Pictor et Varro et qui Augusti aetate antiquitatum romanarum thesaurum condidit Dionysius Halicarnassensis, falsae eruditionis specimen Euemeroque dignum. Iam imperator ille Romanus qui ad Pydnam exercitum macedonicum vicerat, Pallantium ut Palatii Romani exemplar adiit. Livius et Vergilius et Ovidius res arcadicas in Romanae gentis gloriam exornaverunt. Inter auctores Graecos Agathyllum Arcadem nominavimus. Auxit Arcadiae gloriam cultus Antinoi, quem Hadriani imperatoris doctissimi pietas instituit, cum Aezanos Bithynorum et oblitteratam Azanum Arcadicorum gentem priscae migrationis fictione coniungere placuisset. Revixit Mantineae nomen et Arcadum foedus, ac libertas reddita Pallantio; crevit etiam pastorum arcadicorum apud poëtas gloria.

Quae primis post Corinthum deletam annis ipse praestitisset, Polybius ultimo libro historiarum enarravit. Inter Romanos Varro Arcadum superstitionem qua homines in lupos mutati esse credebantur, Demaenetique exemplar (p. $140_{78}$) ad Lupercorum ritus explicandos adhibuit (August. civ. dei XVIII 17). Similia ii quos iam dixi auctores permulta exhibent; quibus Servii et interpolatoris eius de Chorico et de Phineo Arcadibus fabulas (ad Verg. Aen. VIII 138 et III 209) addere liceat (alteri fortasse nimium tribui in dissertatione de Graecorum fabulis ad Thraces pertinentibus, 67, ubi regem Harpyiasque ad Arcadiam Stymphalidasque rettuli).

Nicolai Damasceni Arcadica iam Ephori gratia commemoravimus (p. $140_{78}$).

Strabo, qui ante a. 15 p. Chr. scripsit, Graeciae interioris parum fuit gnarus, sed Eratosthenis Demetrii Scepsii Apollodori exquisitam nobiscum doctrinam communicavit.

Pomponius Mela qui a. 40/1 p. Chr. librum edidit, II 43 pauca ex eodem libro, quo Plinius usus est, excerpsit. Cf. Detlefsen *Anordnung der geogr. Bücher des Plinius* 53 sq.

Plinius historiam naturalem mortis anno (79 p. Chr.) nondum finiverat. In geographicis Agrippa et Augusto auctoribus usus est.

Saec. I p. Chr.? Antonius Diogenes τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων Photius bibl. 166, Erotici ed. Hirschig p. 507 sqq. Ibi inducuntur Δεινίας et Κύμβας ἐξ Ἀρκαδίας πατρίδος, ὃν στείλειε τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων ἐς Τύρον αἰτούμενοι Δεινίαν πρὸς αὐτούς τε καὶ πατρίδα ἀναζεῦξαι; porro Μαντινίας et Δερκυλλίς. Auctor Flaviorum aetate, si non antea adhibitus esse videtur Wilamowitzio *Griech. Lit.*[2] 189, cf. Schmid *Realenc.*[2] I 2616. Cum Arcadum commune non ante Hadrianum restitutum sit, sequitur, ut hoc quoque, sicut Balagri de Alexandro Magno epistula, ex aliqua quarti saeculi memoria fluxerit.

Hermae patris apostolici Pastor saec. II p. Chr. (130—140? Lietzmann *Realenc.*[2] VIII 725) scriptus παραβολῇ θ' de angelo dicit: καὶ ἀπήγαγέ με εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, εἰς ὄρος τι μαστῶδες, καὶ ἐκάθισέ με ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους, καὶ ἔδειξέ μοι πεδίον μέγα, κύκλῳ δὲ τοῦ πεδίου ὄρη δώδεκα, quorum varia natura accurate describitur. Pastor pastorum patriam elegit, loci ficti; si montem idoneum requireres, Orchomeniae arcis inter duos campos situs montibus altis cinctus in censum veniret.

Cf. Harnack *Mission u. Ausbreitung des Christentums* II[2] 199: '*Arcadien ist hier lediglich eine aus dem Heidentum stammende apokalyptische Staffage*'. Wendland *Hellenist.-röm. Kultur*[2] 387: Arcadia Mercurii, Hermeticorum scriptorum qui auctor ferebatur, patria.

Pausaniae Arcadica cum locorum nominum memorabilium rerum copiam uberrimam praebeant, iam in singulis civitatibus describendis ubicunque adhibuimus; hic quantum breviter fieri poterit absolvemus. Primo loco unicus est fons ad situm Arcadiae explorandum, quo omisso maior vicorum fanorum fluviorum montium pars nominibus careret. Quantum suis ipse oculis auctor, quantum libris debeat, saepe disputatum est. Certe Arcadiam talem intelligit, qualem sua aetate non iam fuisse ipse dicit, cum Aleam et Stymphalum, urbes Argolico synedrio adiectas, nihilominus hoc libro describat. Quod facili negotio explicaretur, si urbes illae quo tempore Argolica scripsit Pausanias, etiamtum arcadicae fuissent; sed etiam librorum antiquiorum auctoritatem sequi poterat. Locos vero ita describit, ut potiorum αὐτόπτης fuisse videatur, qua in re ad Heberdeyi librum relegare satis habeo. Stadia non ipsum emensum esse, sed ex compendio aliquo sive tabula geographica, Peutingerianae quidem simili sed maiore modulo exarata, deprompsisse quivis concedet, imprimis in illa regione Magnam urbem inter et Methydrium sita, quam vix ipse adiit (p. $130_1$). Maiores urbes non semper stricto ordine geographico, sed secundum artis cuiusdam rhetoricae, si hoc vocabulo uti licet, leges sive locos communes ab eo descriptas esse demonstravit Robert (*Pausanias als Schriftsteller* 1909); idem monuit, ne nimium tribueremus flosculis quibusdem rhetoricis ex Herodoti (cf. iam Wernickii librum De Pausaniae Periegetae studiis Herodoteis 1884) maxime imitatione dispersis. Sed quo diligentius omnia haec ornamenta ad iustam normam redigerimus, eo melius reliquis quae de Arcadiae natura monumentisque tradit utemur. — Ad historiam totius Arcadiae et singularum urbium enarrandam variis fontibus usus esse videtur. Plutarchi vitas Philopoemenis (Wachsmuth *Leipz. Stud.* X 1887, 281 adn. 1) et Epaminondae in excursibus adhibuit. Reges arcadicos ex auctore Megalopolitano fluxisse puto, qui fani Magnis Deabus Lycosurae dedicati honorem augeret, et hoc fere altero a. Chr. saeculo, Damophontis aetate (p. $132_{54}$). Cuius opus ex antiquioribus auctoribus Arcadicis conflatum erat; sunt quae auctori Clitorio (p. $86_{15}$), alia quae Stymphalio ($75_6$ sqq.), sed cuius stemma immutaverit, debeantur. Quaeritur quid de Mantineae rebus iudicandum sit, ubi Antinoi cultus, Epaminondae instaurata memoria, Neptuni Equestris templum summa cum relligione restauratum debentur Hadriano, pugna illa quam anno fere 249 tribuunt rursus ad Lycosurae quasdam fabulas revocat. Cum Podaris Mantiniensis nomen et in hac pugna et in Epaminondae victoria nec non in rebus aevi imperatorum habeat Pausanias, certe cogitari possit, Podarem (tertium sive quartum) Mantineae res Hadriano vel Antonino Pio regnante scripsisse, et iam priore libro megalopolitano usum esse.

Reges arcadici.

I Carmina epica
|
II Scriptores genealogici
} Reges Tegeatici

III Auctores arcadici saec. IV:

auctor Stymphalius — auctor Clitorius — auctor Megalopolitanus (Trapezuntii reges) ab Ephoro (Nic. Dam.) adhibitus?

IV auctor Megalopolitanus saec. II a. Chr. (Lycosura) [1]
|
V auctor Mantiniensis (Podares?) post a. 125 p. Chr.
|
VI Pausanias
VIII 43, 6 ante a. 175 (v. Premerstein *Klio* 1912, 151)
VIII—X post a. 177 (Heberdey, Robert, Premerstein).

[1]) Supparis aetatis fontem Pausanias in Megaricis adhibuisse videtur: Seeliger *Alkathoos und die megarische Königsliste, Festschr. Overbeck* 1893, 27 sqq., cf. Hitzig-Bluemner *Paus.* I p. 360; recentiorem, initii saeculi I a. Chr., de Andania Messeniaque: Hiller *Hira und Andania*; paullo antiquiorem, nempe Sosibium, Cleomenis qui aequalis fuisse videtur, in Laconicis (Immerwahr *Lakonika des Paus.*), conferas Callippi Corinthii ἐς Ὀρχομενίους συγγραφήν Paus. IX 29, 2. 38, 10 (Robert Comm. Momms. 145, Hitzig-Bluemner ad l. l.); Argolica quae ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὴς Λυκέας ἐν ἔπεσιν scripserat (Paus. I 13, 8; II 19, 5 etc., Gurlitt *Paus.* 191, v. Wilamowitz *Textgesch. Lyriker* 104, 5) etc.

Sed non solum ipsius Pausaniae fontes, sed primarii auctores unde haec illa fluxerint quaerendi erunt, neque in auctorum fide

**acquiescendum, sed rerum ipsarum veritas sive probabilitas excutienda, imprimis in iis narrationibus, quas unico debemus Pausaniae. — Denique moneo, de scripturae vitiis, itacismis similibus, quae codices nostri saeculo XV non antiquiores offerunt, satis disputasse Spironem aliosque editores; nomina propria in Stephani Byzantii ethnicis, quae Pausaniae plurima debent, melius legi non semel vidimus.**

**Charax Pergamenus patriae originis memor quarto Ἑλληνικῶν libro quae saeculo altero aut tertio p. Chr. scripsit, multa de regibus protulit eaque quantum quidem videmus e fontibus non spernendis, velut Callimacho; cf. FHG III 636sqq.; Schwartz *Realenc.* III 2123; fr. 6 de Stymphalo (adde schol. Dion. P. 348), 7 de Psophide. Idem Χρονικῶν libro primo 25 Pelasgi Argis in Parrasiam transgressi vel annos quot rexerit accurate indicat.**

**De reliquis auctoribus quos adhibuimus suis temporibus, quae illustrant, dicendum erit; poëtas vero et mythographos, qui ab Alexandrinis pendent, tractare a nostro proposito alienum est.**

Arcadiae reges secundum Apollodorum III 96sqq.




Arcadiae reges secundum Pausaniam VIII.




[1]) Κύψελος v. p. $128_{22}$.
[2]) Βουκολίων eponymus vici Megalopolitani: Thuc. IV 134.
[3]) Φίαλος Phialeae-Phigaleae.
[4]) Ἱκέτας eponymus Ἱκετείας n. $444_{13}$.

## B. CONSPECTVS RERVM CORINTHO DELETA RECENTIORVM.

146. Corintho deleta Mummius ὡς ἀφίκοντο οἱ σὺν αὐτῷ βουλευσάμενοι, ἐνταῦθα δημοκρατίας μὲν κατέπαυε, καθίστα δὲ ἀπὸ τιμημάτων τὰς ἀρχάς· καὶ φόρος τε ἐτάχθη τῇ Ἑλλάδι καὶ οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες ἐκωλύοντο ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι· συνέδριά τε κατὰ ἔθνος τὰ ἑκάστων, Ἀχαιῶν καὶ τὸ ἐν Φωκεῦσιν ἢ Βοιωτοῖς ἢ ἑτέρωθί που τῆς Ἑλλάδος, κατελέλυτο ὁμοίως πάντα. Paus. VII 16, 9; Marquardt *Röm. Staatsv.* I² 327. Achaia tota iam tum cum Macedonia provincia unita, aera corinthiaca anni 146 apud Graecos introducta. Sed iam Mummius (Zonaras IX 31) ἐλευθέρους πάντας καὶ αὐτονόμους πλὴν τῶν Κορινθίων ἀφῆκε ... ἐκήρυξε τήν τε τῶν ἄλλων ἐλευθερίαν καὶ τὴν τῶν Κορινθίων δούλωσιν). Arcadiae urbs nulla, excepta Neronis proclamatione, usque ad Antoninum Pium (u. v.) libera fuit (Marquardt l. l. 328). Mummii donarium tegeaticum n. 77. Carthago deleta; Polybius (XXXIX 6) testis oculatus, qui apud Mummium et legatos impetraverat, ne Philopoemenis statuae ut Romanorum adversarii delerentur. Plut. Philop. 21.

Post 146. Paus. VII 16, 10. ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον (quam a. 146) ἐτράποντο ἐς ἔλεον Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδριά τε κατὰ ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις τὰ ἀρχαῖα καὶ τὸ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι, ἀφῆκαν δὲ καὶ ὅσοις ἐπιβεβλήκει Μόμμιος ζημίαν· Βοιωτούς τε γὰρ Ἡρακλεώταις καὶ Εὐβοεῦσι τάλαντα ἑκατὸν καὶ Ἀχαιοὺς Λακεδαιμονίοις διακόσια ἐκέλευσεν ἐκτεῖσαι ..., ἡγεμὼν δὲ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἀπεστέλλετο· καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος, ἀλλὰ Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων.

145sqq. Polyb. XXXIX, 5 *B-W*, immo Polybii admirator: decemviri Romani abeuntes ἐνετείλαντο δὲ τῷ Πολυβίῳ χωριζόμενοι τὰς πόλεις ἐπιπορευθῆναι, καὶ περὶ ὧν οἱ ἄνθρωποι ἀμφισβάλλωσι διευκρινῆσαι, μέχρις οὗ συνήθειαν ἔχωσι τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις. ὃ δὴ καὶ μετά τινα χρόνον ἐποίησε πρὸς λόγον τοὺς ἀνθρώπους στέρξαι τὴν δεδομένην πολιτείαν καὶ μηδὲν ἀπόρημα μήτε κατ' ἰδίαν μήτε κατὰ κοινὸν ἐκ τῶν νόμων γενέσθαι περὶ μηδενός. διὸ καὶ καθόλου μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀποδεχόμενοι καὶ τιμῶντες τὸν ἄνδρα περὶ τοὺς ἐσχάτους καιροὺς καὶ τὰς προειρημένας πράξεις εὐδοκούμενοι κατὰ πάντα τρόπον ταῖς μεγίσταις τιμαῖς ἐτίμησαν αὐτὸν κατὰ πόλεις καὶ ζῶντα καὶ μεταλλάξαντα (haec decreti verba esse patet).

Polybius Paus. VIII 30, 8 Megalopoli in foro pone Iovis Lycaei templum ἀνὴρ ἐπειργασμένος ἐπὶ στήλῃ, Πολύβιος Λυκόρτα· γέγραπται δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτῷ λέγοντα ὡς ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν πλανηθείη, καὶ ὅτι σύμμαχος γένοιτο Ῥωμαίων καὶ παύσειεν αὐτοὺς ὀργῆς ⟨τῆς⟩ ἐς τὸ Ἑλληνικόν. 9 Ἑλλήνων δὲ ὁπόσαι πόλεις ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὕραντο αὐταῖ Πολύβιόν σφισι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. Cf. sub a. 117/6.

Ἀχαιῶν κοινόν multo minoribus finibus quam provinciam Achaiam circumscriptum fuisse Brandis (*Realenc.*² I 196) exposuit. Exclusi Graeciae septentrionalis populi, Boeoti, Locri, Phocenses, exclusa Euboea, exclusi Eleutherolacones; inclusi fuisse videntur Achaei proprie ita dicti, Argivi, Elei, Arcades; sed Arcadibus quoque altero certe p. Chr. saeculo κοινοῦ iura data esse novimus. Antea tamen usque ad Hadriani tempora Achaeorum decreta Lycosurae proposita n. 517—519 Achaeorum potissimum foederi vindicare videntur Arcadiam.

Urbium singularum agri ab Romanis ita fere constituti esse videntur, quales exhibet Pausaniae descriptio, qua in re quae iam altero a. Chr. saeculo, quae Augusti aetate ordinata sint, distinguere nolimus. Megalopolis oppidula a Philopoemene seiuncta obtinuit, Alipheram et Beleminatidem amisit; Mantinea Elisphasiorum agrum accepisse videtur; Triphylia Elidi data; Andaniam et viciniam recuperavit Messene.

143/2 catalogus Delius: Plassart *Bull. Hell.* XXXVI 1912, 414sq. Vs. 29: Νίκωνα Μεγαλοπολίτην. 40: Ἀριστόνικ[ος Με]γαλοπ[ολίτης] (ἐφηβεύσας). 58: Ἀριστόνι?]κος Μεγαλοπολίτης [ἔφηβος?].

134—132. Polybius Scipionem in Hispaniam secutus belli Numantini particeps, quod libro peculiari enarravisse dicitur (Cic. fam. V 12, 2), capta urbe (a. 133) Hispaniam Galliam meridionalem Alpes adiit. Cuntz 56—64.

c. 117/6. Πολύβιος ὁ Λυκόρτα Μεγαλοπολίτης ἀγρόθεν ἀνελθὼν ἀφ' ἵππου κατέπεσε καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Luc. Macrob. 22; Cuntz *Polyb.* 26. 75. 77. Viam Domitiam in provincia Narbonensi c. a. 120 munitam novit (Cuntz 26). Fortasse tum demum anaglypha multa in Polybii honorem dedicata sunt; cf. sub Mantinea n. 304, Clitore n. 370, Lycosura n. 537, quae Damophonti attribuit Studniczka. Cf. Olympiae n. 302: ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων Πολύβιον Λυκόρτα Μεγαλοπολείτην.

Ad annos 129—125 rediit Gercke *Rhein. Mus.* LXII 1907, 117 adn., causa non addita. Cuntzii rationes probant v. Wilamowitz *Gr. Litteraturgesch.*³ 173; Studniczka *SB. Sächs. Ges.* 1911, 10.

Saec. I a. Chr. (Fraenkel); post a. 150 (Kabbadias). IG IV 1434 Asclepiei Epidauriorum: [Φι]λοκλῆς Καλλικράτευς Μεγαλοπολίτας ἐποίησε Megarensium iussu Laphantae Euanthei f. Epidaurii statuam.

Saec. II s. I a. Chr. Νομωνία Μεγαλοπολῖτις i. e. Numonia Cleonis sepulta. IG IV 491.

92 (LV aerae Corinthiae). Messeniorum de Andaniae mysteriis lex (IG V 1, 1390 cum Kolbii nota) restituti Messenae urbis dominii, nec non cultus documentum nobilissimum.

Paullo ante 90 a. Chr. τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν Q. Ancharium Q. f. pro quaestore πάτρωνα καὶ εὐεργέταν Olympiae (*Inschr.* 328) honoravit. De hominis aetate cf. Dittenberger Syll.³ 330; Kolbe ad IG V 1 1146.

81. Hecatae Stratonicensis asyliam approbaverunt Arcadiae urbes (*Bull. Hell.* IX 1885, 450): Ἡραια, Μεγαλήπολις, Τεγέα, Ἀντιγονίη. In alio fragmento denuo nominantur (p. 451): Τεγέα. Minime constat omnes urbes Arcadiae quae decreto subscriptae erant exstare.

77/6 (LXX aerae Corinthiae). Foederis achaici documento sunt manumissiones Orchomeniae (γραμματεὺς τῶν συνέδρων δαμιοργοί, aera menses, συμμαχικὸν ἀργύριον) n. 345.

31 a. Chr. Paus. VIII 8, 12 Αὐγούστου πρὸς τῇ ἄκρᾳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου ναυμαχήσειν μέλλοντος Μαντινεῖς ἐμαχέσαντο ὁμοῦ Ῥωμαίοις, τὸ δὲ ἄλλο Ἀρκαδικὸν συνετάχθησαν Ἀντωνίῳ. Verba auctorem aevi Hadrianei sapiunt. — Paus. VIII 9, 6: Ἀφροδίτης Συμμαχίας templum apud Mantinienses. Tegeatae puniti: p. $5_{90}$. Aerae Actiacae initium: m. Sept. 32 (v. Premerstein).

40—27 a. Chr. τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν Αὐτοκράτορα Καίσαρα θεοῦ υἱὸν Olympiae honoravit. *Inschr. Olymp.* 367. Augusti aetate aut paullo antea: n. 420.

27 a. Chr. Provinciae inter senatum et principem divisae; inter senatorias a Dione LIII 12, 4 referuntur ... ἥ τε Ἀσία καὶ ἡ Ἑλλὰς μετὰ τῆς Ἠπείρου, καὶ τὸ Δελματικὸν τό τε Μακεδονικὸν καὶ Σικελία, Κρήτη τε μετὰ Λιβύης τῆς περὶ Κυρήνην etc. Strabo XVII p. 840 inter senatorias habet: ἑβδόμην δ' Ἀχαΐαν μέχρι Θετταλίας καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων καί τινων Ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν, ὅσα τῇ Μακεδονίᾳ προσώριστο. Tunc igitur Achaia propria facta est provincia. De proconsulibus senatoriis cf. decretum Antigoneae n. $268_{30}$ (v. s. a. 15 p. Chr.).

11 (10/11 Premerstein *Jahresh.* XII) p. Chr. Initium aerae κατὰ τὸν Σεβαστόν, v. ad Lycosurae n. 516. Certe haud multo post Claudium vel Neronem abolita est (sicut Augusti aera Aegyptiaca: Wilcken *Papyruskunde* I, LVIII), cum Hadriani aetate non iam respiceretur; v. n. 51.

Ante 15 p. Chr. Strabo VIII 388 Ἀρκαδία δ' ἐστὶν ἐν μέσῳ μὲν τῆς Πελοποννήσου, πλείστην δὲ χώραν ὀρεινὴν ἀποτέμνεται. μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Κυλλήνη (p. $83_{88}$) ... δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη τῶν Ἑλλήνων εἶναι τὰ Ἀρκαδικά, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. διὰ δὲ τὴν τῆς χώρας παντελῆ κάκωσιν οὐκ ἂν προσήκοι μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· αἵ τε γὰρ πόλεις ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων ἠφανίσθησαν, ἔνδοξοι γενόμεναι πρότερον, τήν τε χώραν οἱ γεωργήσαντες ἐκλελοίπασιν ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων, ἐξ ὧν εἰς τὴν προσαγορευθεῖσαν Μεγάλην πόλιν αἱ πλεῖσται συνῳκίσθησαν, νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγάλη πόλις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε, καὶ ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις· βοσκήμασι δ' εἰσὶ νομαὶ δαψιλεῖς, καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις τοῖς ἱπποβάτοις· ἔστι δὲ καὶ τὸ γένος τῶν ἵππων ἄριστον τὸ Ἀρκαδικόν ... Μαντίνειαν[1]) μὲν οὖν ἐποίησεν ἔνδοξον Ἐπαμεινώνδας ... καὶ αὐτὴ δὲ καὶ Ὀρχομενὸς καὶ Ἡραια καὶ Κλείτωρ καὶ Φενεὸς καὶ Στύμφαλος καὶ Μαίναλος καὶ Μεθύδριον καὶ Καφυεῖς καὶ Κύναιθα ἢ οὐκέτ' εἰσίν, ἢ μόλις αὐτῶν ἴχνη φαίνεται καὶ σημεῖα. Τεγέα δ' ἔτι μετρίως συμμένει, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀλέας Ἀθηνᾶς· τιμᾶται δ' ἐπὶ μικρὸν καὶ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν κατὰ τὸ Λύκαιον [καλούμενον?[2])] ὄρος.

[1]) Quod non Antigoneam dicit, geographum non loqui docet sed rhetorem. [2]) supplevi; μέγιστον? Kramer. — Iustam Strabonis censuram ut miseriem Arcadiae propter ignorantiam exaggerantis habes apud Gurlittium *Pausanias* 227.

15 p. Chr. Achaia cum Macedonia coniuncta imperatori reddita (v. a. 27 a. Chr., 44 p. Chr.). Tac. Ann. I 76 'Achaiam ac Macedoniam onera deprecantis levari in praesens proconsulari imperio tradique Caesari placuit'. Cf. Dio Cass. LX 24 (v. s. a. 44). — Incertum est inde a quo anno Λύκαια (καὶ) Καισάρηα Megalopoli celebrata sint, v. n. $515_{31}$.

37 p. Chr. IG VII 2711 [στρατηγὸς Ἀχαιῶ]ν καὶ Βοιωτῶν καὶ Λοκρῶν καὶ Εὐβοέων καὶ [Φωκέων . . . . . .]ς Διοδότου Ἀργεῖος, unus igitur homo omnium horum foederum communis est praetor.

44 p. Chr. Suet. Claud. 25: 'provincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit.' Dio Cass. LX 24, 1.

67 auctumno Isthmiis Nero Achaiae libertatem reddidit. Marquardt *Staatsverw.* I 331 laudans Suet. Ner. 24. Plut. Flamin. 12. Plin. n. h. IV 22. Dio Cass. LXIII 11. Paus. VII 17, 3. Adde Neronis orationem a. d. Kal. Dec. habitam (tit. Acraephiensis IG VII 2713): πάντες οἱ τὴν Ἀχαΐαν καὶ τὴν ἕως νῦν Πελοπόννησον κατοικοῦντες Ἕλληνες λάβετ' ἐλευθερίαν ἀνισφορίαν ... πόλεις μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἠλευθέρωσαν ἡγεμόνες, [Νέρων δὲ ὅλην] ἐπαρχίαν. Cf. Epaminondae ἀρχιερέως Augustorum legem insequentem: 'ἀποκατέστησεν εἰς τὴν ἀρχαιότητα τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας, προσθεὶς τῇ μεγάλῃ καὶ ἀπροσδοκήτῳ δωρεᾷ καὶ ἀνεισφορίαν, ἣν οὐδεὶς τῶν πρότερον Σεβαστῶν ὁλοτελῆ ἔδωκεν.

Ante 79 p. Chr. Arcadia secundum Plinii n. h. IV. 12 'Achaiae nomen provinciae[1]) ab Isthmo incipit. 23: Ab Isthmi augustiis Hellas incipit, nostris Graecia appellata. 20 mediterranea eius Arcadia maxime tenet undique a mari remota, initio Drymodes, mox Pelasgis appellata. Oppida eius Psophis[3]), Mantinea[2]), Stymphalum[3]), Tegea[3]), Antigonea[3]), Orchomenum[3]), Pheneum[3]), Pallantium[4])[5]) unde Palatium Romae, Megalepolis[3]), Gortyna[5]), Bucolium[5]), Carnion[6]), Parrhasie, Thelpusa[3]) Melaenae[7]), Heraea[3]), Pylae[8]), Pallene[9]), Agrae[10]), Epium[11]), Cynaethae[3]), Lepreon[11]), Arcadiae, Parthenium[12]), Alea[3]), Methydrium[5]), Enispe[16]), Macistum[11]), Lampia[13]), Clitorium[3]), Cleonae[14]), inter quae duo oppida regio Nemea est, et Bembinadia[15]) vocitata. 21 montes in Arcadia Pholoe cum oppido, item Cyllene, Lycaeus in quo Lycaei Iovis delubrum, Maenalus, Artemisius, Parthenius[12]), Lampeus[13]), Nonacris, praeterque ignobiles VIII. amnes Ladon e paludibus Phenei, Erymanthus e monte eiusdem nominis in Alpheum defluens. 22 reliquae civitates in Achaia dicendae[17]) Alipheraei[3]), Abeatae (lacuna), Pyrgenses, Paroreatae, Pharygenitae, Tortuni, Typanei, Thriusi, Tritienses. Universae Achaiae libertatem Domitius Nero dedit.'

[1]) 'provinciae' Vespasiani aetatem demonstrat, quanquam liberatio a Nerone facta paullo post quasi nondum abrogata commemoratur. [2]) Mantinea falso ex historia addita; sequitur iustum nomen Antigonea. [3]) urbes quas novimus ex Pausania. [4]) v. sub Antonino Pio. [5]) Megalopolis vici. [6]) rivus (p. $XVI_{87}$) falso inter oppida receptus. [7]) i. e. Μελανέαι Heraeae Paus. VIII 26, 8. [8]) ignoro. [9]) Pellana Achaiae. [10]) ignoro. [11]) Epium, Lepreon Arcadiae, Macistum Triphyliae, Elidi redditae. [12]) [13]) Parthenium, Lampia montes, v. Parthenius, Lampeius. [14]) Cleonae Argolidis. [15]) Βέμβινα κώμη Nemeae argolicae: Strab. VIII 337. [16]) Homerica; sed cf. Elisphasios Mantineae vicinos. [17]) ex Agrippae catalogo alphabetico: Cuntz *Agrippa und Augustus* 512. Alipheraei Abeatae Messeniae, Trit[ae]enses Achaiae, Alipheraei Arcadiae (antea saepe Elidis), ceterae quatenus novimus Elidis. Has civitates conventum iuridicum effecisse coniecit Cuntz. Argolidem Spartanos Eleutherolacones huic conventui fortasse adiectos fuisse iudicat idem; haud scio an recte. Lacunam indicat Detlefsen *Die Anordnung der geogr. B. des Plin.* 49.

c. 74[1]). Vespasianus Graecos ὑποτελεῖς τε αὖθις ... εἶναι φόρων καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐλευθερίαν τὸ Ἑλληνικόν, quia ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν. Paus. VII 17, 4; cf. Philostr. v. Apoll. V 41. Anno 74 attribuit Hieronymus a. Abs. 2090: 'Achaia Lycia Rhodus Byzantium Samus Thracia Cilicia Commagene quae liberae antea et sub regibus amicis erant in provincias redactae.'

[1]) 73 Goyau, 70—72 Zumpt; cf. Hertzberg *Gesch. Griech. u. d. R.* II 127 sqq.; aliquot annis ante a. 78 Kolbe *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 378.

93 s. 94 p. Chr. Domitianus imp. Megalopolitanis porticum restituit n. 457.

Initio saec. II p. Chr. Arcadia deserta: Dio or. XXXIII (Tarsica prior) 24 de hominibus naturae ubertate male usis: εἰ γὰρ ταῦτα δύναται ποιεῖν ἀνθρώπους μακαρίους, ποταμὸς ἢ κρᾶσις ἀέρος ἢ τόπος γῆς ἢ καὶ θαλάττης [[λιμένες]] ἢ ναὸς ἢ τεῖχος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσων λείπεσθε ... 25 οὐχ ὁ Πηνειὸς δι' ἐρήμου ῥεῖ Θετταλίας; οὐχ ὁ Λάδων διὰ τῆς Ἀρκαδίας ἀναστάτου γενομένης; Cf. comicum ignotum de Megalopoli et Strabonem. Rhetorica sunt, non geographica. Verum rei statum unus docet Pausanias.

124. Hadrianus Arcadiam peragrat, v. sub Cynaetha Mantinea, Tegea Lycosura. De Hadriani aera egit v. Premerstein *Jahresh.* XV 1912, primum annum a m. Sept. 123 incipere ratus.

130. Antinoi mors; Mantineae cultus eius ludique Ἀντινόεια instituta (cf. p. $50_{83}$); iidem ludi Argis. Mantinea novi foederis Ἀρκάδων caput; cf. nummos aeneos (Head[2]) 445 sq. et 419:

Mantineae: Βετούριος Antinoi imago — τοῖς Ἀρκάσι equus.

Corinthi: Ὁστίλιος Μάρκελλος ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀντινόου Antinoi imago — τοῖς Ἀχαιοῖς ἀνέθηκεν. Antinous Hermes *leaning on terminal figure*, aut ut Bellerophon Pegasum domans.

Idem Κορινθίων ἀνέθηκεν — Sol in biga.

Tum igitur Arcades ab Achaeorum κοινῷ divisi esse, sed Alea et Stymphalus Argolidi attributae esse videntur. — De Neptuni Hippii fano et Epaminondae monumento v. sub Mantinea l. l.

Fabula Phrygiae urbis tunc demum orta? Paus. VIII 4, 3 παρὰ (Ἀζάνων) δὲ ἀποικισθῆναι λέγουσιν ὅσοι περὶ τὸ ἄντρον ἐν Φρυγίᾳ τὸ καλούμενον Στεῦνος καὶ Πέγκαλαν (var.: Πάγκαλαν) ποταμὸν οἰκοῦσιν. X 32, 3 Φρύγες οἱ ἐπὶ ποταμῷ Πεγκάλᾳ, τὰ δὲ ἄνωθεν ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Ἀζάνων ἐς ταύτην ἀφικόμενοι τὴν χώραν, δεικνύουσιν ἄντρον καλούμενον Στεῦνος ... Μητρός δέ ἐστιν ἱερόν ... Donarium edidit Buresch *Lydien* 159: Διῒ καὶ Μητρὶ θεῶν Στευνηνῇ Ἀρτεμίδωρος Δημητρίου Αἰζανείτης ἱερεὺς κτίστης ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν. Antrum exploravit Wiegand *Ath. Mitt.* XXXVI 1911, 302 sqq. Aezanorum nomen, cum inde a Panhelleniis ab imperatore Hadriano a. 132 celebratis (Weber *Hadrian* 272) multae Asiae urbes id agerent, ut graecam suam originem coloniarum deductarum memoria demonstrarent, ansam dedit ut urbs illa, quae tunc templum egregium dedicabat atque etiam Antonini Pii tempore inter Panhellenes titulis refertur (A. Koerte *Das Alter des Zeustempels von Aizanoi. Festschr. Benndorf* 219 sqq. 213), ad Azanum gentem diu oblitteratam (p. VIII) provocaret. — Eodem tempore quia γένος ἦν ὁ Ἀντίνους ἐκ Βιθυνίου τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ, origo arcadica ficta est: οἱ δὲ Βιθυνιεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν (Paus. VIII 9, 7).

Inde ab 130. Polybii posteri ex titulis olympicis noti: Τ. Φλ. Πολύβιος (*Ol.* 449. 450) Μεσσήνιος, στρατη[γὸς] τῶν Ἀχαιῶν, ἀ[γωνο]θ[έτης] Ἀντιν[οείω]ν etc. (450), a Messeniorum urbe (449) et Achaeorum communi (450) honoratus; epigramma adscriptum: τοῦτο Λυκόρτα παιδὶ πόλις περικαλλὲς ἄγαλμα ἀντὶ καλῶν ἔργων ἵσατο Πουλυβίῳ (449) vel στῆ[σατο Π]ολυβίου (450) ab historico depromptum esse titulus Clitorius quamvis mutilus (n. 370) docet.

138 p. Chr. ante d. X m. Iulii. Faustinam iuniorem Olympiae τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ στρατηγοῦ καὶ ἑλλαδάρχου Λ. Γελλίου Ἀρέτωνος honoravit. *Inschr. Olymp.* 382.

138—161. Antoninus Pius πόλιν ἀντὶ κώμης ἐποίησε Παλλάντιον καὶ σφισιν ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν ἔδωκεν εἶναι φόρων, v. p. $45_{78}$.

161—180? Ptol. III 14, 35. ὄρη δέ ἐστιν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ· ἥ τε Φολόη (τὸ νῦν Ἄστρον add. A; alia adnotavit Mueller). καὶ ὁ Στύμφαλος ὄρος (ἡ Ζηρεία τὸ αὐτὸ καὶ Κυλλήνους ὄρος add. ADOMΞ) ... § 40: Ἀρκαδίας. Ἡραία. Φιάλεια. Τεγέα. Ψωφίς. Λυσιάς[1]). Ἀντιγόνεια ἡ καὶ Μαντίνεια[2]). Στύμφαλος[3]). Κλείτωρ. Λίλαια[4]). Μεγάλη Πόλις.

[1]) i. e. Λουσοί? [2]) ἡ περὶ τὰ Τζεπιανὰ παλαιόπολις codd. multi. Antigoneae mentio ad tempus Hadriano anterius reducit, quo μετωνομασία facta est. [3]) ἡ Ζαρακά codd. multi. [4]) Ἀλέα C. O. Mueller (Δίπαια C. Mueller).

c. 175. Arcadiae conditio, qualem descripsit Pausanias: Hertzberg *Gesch. Griech.* II 447 sqq.; Gurlitt *Paus.* 226 sqq. A quo inter locos aut desertos aut a paucis habitatos recensentur: Αἱμονιαί, Ἀκακήσιον, Ἀλίφηρα (τὰ πλείω ἐρήμη), Ἀσέα, Βασιλίς (Δίπαια), Βρένθη, Ζοιτία, Θέλπουσα (τὰ πλείω ἐφ' ἡμῶν ἐρήμη), Θύραιον, Θωκνία, Καοῦς, Κρῶμοι, Λουσοί, (Λύκαια), Λυκόσουρα (οἰκήτορες ἔνεισιν οὐ πολλοί), Μαίναλος, Μαῖρα, Μαντίνεια ἡ ἀρχαία, Μακαρέαι, Μελαινέαι, Νεστάνη, Νώνακρις, Ὀρεσθάσιον, Πάος, Παρωρία, Περαιθεῖς, Σουμητία, Στύμφηλος ἡ ἀρχαία, Τραπεζοῦς, Τρικόλωνος, Φάλανθος, Χαρισιαί. Praeterea permulta templa aliaque aedificia publica perhibentur ut ruina hausta; imprimis Megalopoli. Contra Imperatorum erga Mantinienses Pallantienses alios beneficia laudibus extolluntur.

193—222. Severi et insequentium imperatorum nummi (Head[2])

| | |
|---|---|
| Ἡραιέων | Severus, Caracalla |
| Θελπουσίων | Severus — Geta. |
| Καφυιατῶν | Severus — Geta |
| Κλειτορίων | Severus, Domna, Plautilla |
| Κυναιθέων | Caracalla |
| Μαντινέων | Severus — Caracalla |
| Μεγαλοπολειτῶν | Severus — Elagabalus |
| Ὀρχομενίων | Severus — Geta |
| Τεγεατᾶν | Severus, Domna, Caracalla, Geta |
| Φενεατῶν | Severus — Geta |
| Φιαλέων | Severus — Geta |
| Ψωφ(ε)ιδίων | Severus — Geta |

In Megalopolitarum nummis: Pan, Diana, Apollo, Hercules, Iuppiter sedens, Λύκαια vel Λύκεα.

212/3. Olympiae honoratur Claudia Tyche, ἱέρεια Δήμητρος καὶ ἀρχιέρεια διὰ βίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος καὶ τοῦ κοινοῦ

τῶν Ἀχαιῶν [1]), καὶ Ἑστία διὰ βίου τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀρκάδων ἐπὶ τῆς σμζ´ Ὀλυμπιάδος. *Inschr. Olymp.* 473.

[1]) Annis fere 210—220 *Inschr. Olymp.* 477 Λ. Πομπήϊον Κράτερον Κασσιανὸν στρατηγήσαντα τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν.

Ante a. 217. Philostratus in Apollonii vita Iuliae Domnae iussu scripta Olympiam in Arcadia fuisse testatur (I 35: εἰ μὲν Ὀλυμπία ἀγωνίζοιτο καὶ ἐς Ἀρκαδίαν ἴοι, V 8 ὅτι ἐν Ἀρκαδίᾳ τις εἴη ἀγών = Ὀλυμπία. Congruit Philostrati Gymnasticus [1]) 11 κοίλη Ἀρκαδία i. q. Ὀλυμπία; congruunt Imagines 32; ὁ μὲν χῶρος [Ἀρκαδία καὶ] τὸ κάλλιστον Ἀρκαδίας καὶ ᾧ μάλιστα ὁ Ζεὺς χαίρει — Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὀνομάζομεν. Sed etiam ἐκ Μεσσήνης τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ dicit v. Apoll. VII 41, Juethner *Philostr. über Gymnastik* 194. Confer Hieroclem de Elide s. a. 535.

[1]) Scriptus post vitas Sophistarum, quae annis 229/30—238 confectae esse videntur? Juethner *Philostr. über Gymnastik* 89.

257. Polybii posteri. *Inschr. Olymp.* 486 ἡ πόλις ἡ Μεσσηνίων Τ. Φλά. Πολύβιον ἱερέα θεᾶς [Ῥ]ώμης, Μεσσήνιον καὶ Λακεδαιμόνιον, [λ]αβόντα τὰς τῆς ἀριστοπολειτείας τειμὰς κατὰ τὸν νόμον ἐπὶ τῆς σνθ´ Ὀλ. etc. et 487 τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ στρατηγοῦ Ἰουλίου Ἀγρίππα Τίτον Φλάβιον Πολύβιον Μεσσήνιον καὶ Λακεδαιμόνιον ἱερέα θεᾶς Ῥώμης, τὸν ὄντως Ἡρακλείδην ... cf. titulum Messenium IG V 1, 1456.

301. Edicti Diocletiani fragmenta huc non rettuli. Sunt haec: 1) Megalopolitanum: ed. Loring *Journ. hell. stud.* XI 1890, 299 sqq. (CIL III s. p. 1920 sq.; Mommsen-Bluemner *Maximaltarif des Diocletian* p. VII 22). Vidi Megalopoli in Museo. *Ect.* 2) Cletorium: p. $86_{84}$. 3) Tegeatica: p. $5_{141}$.

344. Martyrius episcopus Megalopolitanus? Le Quien (Gams Series episcoporum 430).

395. Alaricus Gothorum rex Arcadiam devastat. Zos. V 6, 8, 9. Claudian. in Ruf. 188 sqq., b. Goth. 191. 575 sq., de IV. cons. Honorii 467 sqq. Hertzberg *Gesch.* III 395 sqq. Rufi laudes: n. 153 huc refert v. Premerstein *Jahresh.* XV 1912.

396. Stilicho Gothos in Pholoë monte inclusit; sed evadendi facultatem fecit. Hertzberg 403 sq.

457—474? Timotheus Megalopoleos episcopus epistolae synodi provinciae Corinthi ad Leonem imperatorem de nece S. Proterii Alexandrini subscripsit: Herthum Megalop. 107. Episcopatus Megalopolitanus sub Corintho metropoli erat. Cf. Le Quien (Gams Series episcoporum 430).

Ante 535. Hieroclis Synecdemus. 643 ἐπαρχία Ἑλλάδος ἤτοι Ἀχαΐας ὑπὸ ἀνθύπατον, πόλεις οθ´. $646_7$ Κόρινθος ... μητρόπολις πάσης Ἑλλάδος. $647_5$ Τέγεα $_6$ Θάλπουσα $_7$ Μαντίνα $_8$ Λακεδαίμων μητρόπολις τῆς Λακωνικῆς $_{13}$ Φιάλεα. $648_1$ Κυπαρισσία $_2$ Ἦλις μητρόπολις Ἀρκαδίας.

Saec. VII? Cosmographus Ravennas ut tabula Peutingeriana formam exhibet 'Megalopili'. Herthum p. 107.

Saec. VII exeunte episcopi Μεδάρας, Ἑδίου, Ἑδίρας Τεδέας, Μεδάλας, Κλήτου, Θιελπούσης, Φιαλίας commemorantur, i. e. Μεγάρας, Αἰγίου, Αἰγίρας, Τεγέας, Μεγάλας πόλεως, Κλήτορος, Θελπούσης, Φιγαλείας. Gelzer *Z. wiss. Theol.* XXXV 1892, 419 sqq.; Herthum p. 108, ex codice Parisino 1555 A saeculi XIV: τάξις προκαθεδρίας τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν etc.; unde corrigenda quae Hopf (*Ersch. u. Gruber Griechenland* VII 116) e Le Quienio de episcopatibus Megalopolitano et Tegeatico iam diu abolitis dixerat.

(578. 587 sqq.) Slavi Peloponnesum intrant, restant, incolunt, victi quoque in multis partibus remanent. In maius auxit rem Constantinus Porphyrog. de themat. II 6 ἐσθλαβώθη δὲ πᾶσα ἡ χώρα καὶ γέγονε βάρβαρος (Hopf p. 96). Cf. Gelzer *Z. wiss. Theol.* XXXV 1892, 431 sqq. Hinc magna Arcadiae pars slavica exhibet vicorum, rivorum, montium nomina, quorum indicem plenum sine ira et studio a viro linguarum peritissimo confectum desideramus; cf. Fougères *Mantinée* 597. Notabiles sunt eae regiones, quibus prisca nomina graeca non decimo nono demum aevo publice restituta sunt, sed manserunt ab ipsis incolis conservata; cuius exempla Φονιά et Λυκούρια = Φενεός et Λυκουρία, Κλειτορία (Curtius *Pelop.* I 88); minus certum Καρύταινα = Κόρτυς (Γόρτυς). Alia nomina a Graecis emigrantibus in locos mari vicinos translata sunt, velut Mantinea in Messeniam; Arcadia ipsa pro Cyparissia Messeniae substituta est. Sed rursus graeca nomina a Graecis pastoribus montibus tribui Thisoae docet exemplum, cf. Lattermann *Ark. Forsch.* 38. Rem lubricam esse Tripolis urbis hodiernae nomen demonstrat, quod graecum esse videtur et a tribus πόλεσι Tegea, Mantinea, Pallantio derivari solet, sed ab aliis pro slavico (Droboglitza: Fougères 599) habetur [1]). Praeterea Francorum, Albanorum, Turcarum nomina, e quibus turcica in campis fere fertilibus Tegeatidis Mantinices Megalopolitidis remanent, ab eis viris doctis, qui totum ponere studebunt, non minus diligenter quam Atticae illa in -ηττος similiaque Graecis antiquiora ut saeculorum quamvis obscurorum testes colligenda et interpretanda erunt.

[1]) Slavica nomina testatur Papazapheiropulus Μεθυδριάς 80 et aliis locis; detestat et graeca pro iis substituenda esse censet Papandreu Ἀζανιάς 92.

Post 1827. Arcadia Graecorum regni provincia (νομός) quattuor habet partes (ἐπαρχίας), Μαντίνειαν, Γορτυνίαν, Κυνουρίαν, Μεγαλόπολιν. E quibus Cynuria praeter agri Tegeatici particulas extra Arcadiae antiquae, nisi ad fabularum memoriam accedimus, fines est; Mantinea et antiquae urbis cognominis et Tegeaticae partem nec non Maenali occupat; Gortynia Clitorem (v. infra) Thelpusam Heraeam agri Megalopolitani partem; Megalopolis prisco Magnae urbis dominio multo minor est. — Neque vero exigua Arcadiae antiquae pars aliis provinciis nunc adiecta est; Alea Argolidi, Stymphalus et Pheneus Corinthiae, Cynaetha Clitoria (vide supra) Nonacris Lusi Psophidia Achaiae, Aliphera Phigalia Triphyliae (Ἀπογραφὴ τοῦ πληθυσμοῦ κατὰ τὴν 27 Ὀκτωβρίου 1907). Quae distributio quamquam recentioris aevi necessitati respondet, tamen cum antiquiore rerum condicione apte comparari potest, cum pars agri nunc ab Arcadia separata iam pridem per multa saecula cum finitimis gentibus coniuncta fuerit.

---

# V. LIBRI ET ITINERA.

Libros et itinera quae ad singulos locos pertinent, sub iis enumeravi.

1730. Fourmont Arcadiam peragrat: Omont *Missions arch. franç. en Orient aux XVII et XVIII siècles* I 591.

c. 1799—1805. F. C. H. L. Pouqueville in Peloponneso degit, a. 1805 priorem librum edidit.

1820. Pouqueville *Voyage dans la Grèce* I—V. Inscriptiones ab J. Cartwright Britanniae proxeno acceptas edidit V 275 sq.

1801. 1805. 1806. Dodwell,

1806—1808. Leake, Gell Arcadiam peragrant.

1813. Thos. Smart Hughes Arcadiam adiit, v. 1820.

1819. E. Dodwell *Classical and topographical tour through Greece* I. II.

1820. Hughes *Travels in Sicily, Greece and Albania* I (repetit Cockerelli de Phigalia narrationem p. 190 sqq.; ipse Cynaetham Mantineam Tegeam adiit).

1824. K. O. Mueller *Die Dorier* II 438—450 de Arcadiae situ agit.

c. 1828. *Expédition de Morée.* Inscriptiones editae libro: *Expédition scientifique de Morée* ... edidit Blouet, adiuverunt Ravoisié, Poirot, Trézel, de Gournay I 1831. II 1833. III 1838. Haec volumina magnifica quae in paucorum manibus essent plerumque non citavi, cum inscriptiones et commentarii in commodiorem librum translata essent:

Ph. Le Bas *Inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce par la commission de Morée* I 1835 (Messeniae et Arcadiae) [= Le Bas *Inscr. gr. et lat.*, sequitur numerus].

1829—1831. Exercitus francogallici tribuni Peloponnesum dimensurant.

1831. W. Gell *Probestücke von Städtemauern des alten Griechenlands (a. d. Englischen übersetzt).*

1832. *Carte de la Morée rédigée et gravée au dépot de la guerre ... par les officiers de l'État-Major attachés au corps d'occupation. Sous la direction de Mr. le Lieutenant-Général* Pelet.

1834. L. Ross Inscriptiones graecae ineditae I; Arcadicae: n. 1—12.
E. Dodwell *Views and descriptions of cyclopian, or pelasgic remains in Greece and Italy, with constructions of a later period.* 141 tabulae lithographicae post mortem Dodwelli qui ipse imagines delineaverat editae.

1840. L. Ross: v. *Griech. Königsreisen* I 1848, 174 sqq.
C. O. Mueller cum E. Curtio; v. O. *u.* E. Kern, C. O. Mueller *Lebensbild in Briefen* 1908, 351 sqq.

1842. F. G. Welcker: v. *Tagebuch einer griech. Reise* I 1865.

1848. Ch. Th. Schwab et v. Prokesch-Osten.

1849. Schwab iterum; v. 1851.

1850. Beulé (et Bertrand) Arcadiam adeunt. Radet *École franç.* 287 sq.

1851. E. Curtius *Peloponnesos* I.
Id. *Einige Bemerkungen über arkadische Münzen.* — Pinder und Friedländer *Beiträge zur älteren Münzkunde* I 85—92.

1852. Chr. Th. Schwab *Arkadien. Seine Natur, seine Geschichte, seine Einwohner, seine Altertümer. Stuttgart und Tübingen.*
*Carte de la Grèce* 1 : 200000.

1853. Ph. Le Bas *Voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure* II *section* VI *Arcadie* p. 69—75, n. 327—359.
W. Vischer Arcadiam peragrat: *Erinnerungen und Eindrücke aus Griechenland.* 1857.

1854. F. Aldenhoven *Itinéraire descriptif de l'Attique et du Péloponnèse, avec cartes et plans géographiques. Athènes.*
Delacoulonche iter facit; cf. *Arch. des miss.* VII 1858, 83—268; Radet *École* 290 adn. 3.
Bursian, v. 1872.

1855. W. Vischer *Epigraphische und archäologische Beiträge aus Griechenland* Basel 1855: p. 37 sqq. Arcadia; n. 39: Mantinea, p. 39 sqq. Tegea, p. 41 sq. Megalopolis (Eadem habet *Kleine Schriften* II 1878, 56 sqq.).
E. Beulé *Études sur le Péloponnèse.*

1857. Rangabé *Souvenirs d'une excursion en Arcadie.* — *Mém. Ac. inscr.* I, V, L, 279—423.
Heuzey, Thenon, Hinstin Peloponnesum adeunt. Radet l. l. p. 288 adn. 5.

1858. W. G. Clark *Peloponnesus: notes of study and travel.* London.

1859. A. Bertrand De fabulis Arcadiae antiquissimis diss. Paris.

1860. Aristides Kyprianos Ἀρκαδία Ἀρ. 137 [n. 6].
Th. Bergk De titulo arcadico, ind. lect. Halens. 1860/1.
A. Conze et A. Michaelis Arcadiam explorant: v. 1861.

1861. A. Michaelis *Fleckeisens Jahrb.* 83, 585 sqq.
A. Conze et A. Michaelis *Rapporto d' un viaggio fatto nella Grecia nel* 1860. *Ann. Inst.* XXXIII. Arcadia: p. 27—32.

1865. R. Schillbach *Zwei Reisebilder aus Arkadien.* Jena (de Styge). Xuthiae titulus n. 153 inventus.

1868. P. Foucart Arcadiam peragrat (Radet 288).

1871. Anonymus graecus antrum in Cyllene monte invenit: p. 83.

1872. C. Bursian *Geographie von Griechenland* II *Peloponnesos und Inseln.* Cf. 1854.

1876/7. E. Loefstedt: p. $6_{48}$ et n. 1.

1877. Foucart(-Le Bas) *Voyage archéologique en Grèce et en Asie Mineure* (usque ad n. 353).
Commentarios (*explications*) unus scripsit Foucart; idem Addenda (II p. 529—544, n. 331 *a*—352 *q*) quae ipse (a. 1868) aliique collegerant addidit.
M. Klatt *Forschungen zur Geschichte des achäischen Bundes.* I *Quellen und Chronologie des Kleomenischen Krieges.* Berlin.
J. Martha Arcadiam explorat (v. s. Heraea, Tegea, Phigalia, Stymphalo).

1878. G. Busolt *Die Lakedaimonier und ihre Bundesgenossen. I. Bis zur Begründung der athenischen Seehegemonie* p. 111 sqq.

1879. A. Milchhoefer *Antikenbericht aus dem Peloponnes, Ath. Mitt.* IV 122—176. De Arcadia agit p. 127—147. Templum Minervae Aleae: p. 6.

1880. A. Furtwaengler *Aus der Umgebung Olympias, Karlsruher Z.* 2880, *Lit. Beil.* = *Kleine Schriften* I 227 sqq.
L. Gurlitt et A. Milchhoefer de Polybii statua et titulis Clitoriis: p. 86.

1881/2 m. Dec. Ian. Jernstedt Tegeam venit, qui apographa sua Prottio dedit; accepi a Kolbio et in addendis adhibui.

1882. R. Weil *Arkadische Münzen, Z. Numismatik* IX 18 sqq.

1883. M. Klatt *Chronologische Beiträge zur Geschichte des achäischen Bundes.* Progr. Berlin.
J. Spitzer *Lautlehre des arkadischen Dialektes.* Diss. Kiel.
P. Cauer Delectus inscriptionum graecarum propter dialectum memorabilium[2] Lipsiae.
Hoehle *Arkadien vor den Perserkriegen.* Progr. Meerane.

1884. F. Bechtel *Die inschriftlichen Denkmäler des arkadischen Dialekts, Bezzenberger Beitr. zur Kunde der indogermanischen Sprachen* VIII 301—327.
Id. *Sammlung griechischer Dialektinschriften* (= *SGDI*) I p. 337—361, n. 1181—1258.

1885. M. Dubois *Les ligues étolienne et achéenne,* Paris p. 217 sqq.: *Recueil des principaux textes épigraphiques cités.*

1886. G. Papandreas (καθηγητὴς τοῦ ἐν Πύργῳ γυμνασίου) Ἀζανιάς, ἐν Πύργῳ. Psophidiam, Thelphusiam, Clitoriam, Cynaethiam describit (mecum communicavit Preuner).
Kalkmann *Pausanias der Perieget* p. 125—127.

1887. H. W. Smyth *The Arcado-Cyprian dialect.* — *Transactions of the American Philol. Association* 59—133.
P. Gardner et R. S. Poole *Catalogue of Greek coins. British Museum. Peloponnesus.* Foedus achaicum, Arcadia [= *Brit. Mus.*].

1887—1890. A. Philippsonii itinera: *Der Peloponnesos, Versuch einer Landeskunde auf geologischer Grundlage* cum tabulis 1 : 300000. 1892.

1887. H. Pomtow Arcadum monumentum Delphis invenit: p. $XVIII_{127}$ sqq.

1887/8. Fougères et Mantineam (u. v.) et viciniam explorat.

1888/9. Bérard v. s. Tegea, Mantinea.

1889. H. Pomtow *Ein arkadisches Weihgeschenk zu Delphi. Ath. Mitt.* XIV 15—40, cf. eiusdem *Beitr. zur Topographie von Delphi* 55 sqq. et 114.

1889 sqq. Graeci Lycosuram explorant: p. 132.

1890/1. Angli Magnae urbis situm effodiunt.

1890. F. Hiller von Gaertringen *Zur arkadischen Königsliste des Pausanias* — *Festschr. des Gymnas. in Jauer* 53 sqq.
R. Franz De Callistus fabula, *Leipziger Studien* XII.
W. Gurlitt *Über Pausanias.*

1891. W. Immerwahr *Die Kulte und Mythen Arkadiens.* I *Die arkadischen Kulte.*
O. Hoffmann *Die griechischen Dialekte.* I *Der südachäische Dialekt.* Göttingen.

1891/2. G. H. Foerster *Die olympischen Sieger* ... Progr. Gymn. Zwickau I. II [*Sieger*].

1892. E. A. Gardner, W. Loring, G. C. Richards, W. J. Woodhouse Excavations at Megalopolis 1890—1891. *With an architectural description by* R. W. Schultz (*Society for the promotion of Hellenic studies, supplementary papers* I). Reliqua v. p. 110.
E. Meyer *Forschungen zur alten Geschichte* I cap. III *Pelasgos in Arkadien. Die Lykaonsagen* 53—66.

1893 G. Busolt *Griech. Gesch.* I[2] imprimis p. 701 sqq.

1894. V. Bérard *De l'origine des cultes arcadiennes.*
R. Heberdey *Die Reisen des Pausanias in Griechenland.*
P. Herthum De Megalopolitarum rebus gestis et de communi Arcadum republica — commentationes philologae Ienenses V 49—108.

1895. W. Loring *Some ancient routes in the Peloponnese Journ. Hell. stud.* XV 25—89, tab. I—III.
Frazer Arcadiam peragravit, v. 1898.
G. Busolt *Griech. Gesch.* II[2].

1897. G. Busolt *Griech. Gesch.* III 1; imprimis p. 126 sqq. (a. 473 sqq.).

1898. I. G. Frazer *Pausanias's description of Greece translated with a commentary, vol. IV commentary on books VI—VIII.*

1898/9. W. Reichel et A. Wilhelm Dianae fanum Lusis explorant; v. p. 94.

1899. B. Niese *Beiträge zur Geschichte Arkadiens, Herm.* XXXIV 520 sqq.
E. Schwartz *Tyrtaeos Herm.* XXXIV 428 sqq.

1900. P. Komnenos Ἀρκαδικὰ Προομήρεια καὶ χωρογραφία προϊστορικῆς Ἀρκαδίας. Α' ἐν Ἀθήναις.
G. A. Karamanos Τὰ Ἀρκαδικά. Tripoli.

1900. U. v. Wilamowitz-Moellendorff *Textgeschichte der griechischen Lyriker* 10. *Tyrtaios Abh. Gött. Ges.* 1900, 97 sqq. (de Messeniis et Arcadibus saec. VIII—V a. Chr.).
C. Robert *Die Ordnung der olympischen Spiele und die Sieger der 75. bis 83. Olympiade, Herm.* XXXV 141 sqq.; de papyro Oxyrynchi reperta.

1901. W. Vollgraff De Ovidii mythopoeia diss. Berol. caput I De fabula Lycaonis.
G. Radet *L'histoire et l'œuvre de l'École française d'Athènes* libros et itinera enumerat.

1901. E. Szanto *Die griechischen Phylen* (*SB Ak. Wien* CXLIV, V, 29—35 = *Ausg. Abh.* 242—248) de tribubus arcadicis.

1902. O. Cuntz *Polybius und sein Werk* p. 77 sq. Polybii vita.

1902 sqq. Kuruniotes Lycaeum explorat p. 141.

1904. B. Niese *Chronologische und historische Beiträge zur griechischen Geschichte der Jahre 370—364. Herm.* XXXIX 1904, 84—132.

1906. O. Gruppe *Griechische Mythologie und Religionsgeschichte* I: *Die wichtigsten Kultstätten*: *Arkadien* p. 193—207.
Cercidae papyrus inventa: v. 1911.
Lex Orchomenia n. 343 inventa: p. 69.

1907. Romaeus Tegeae: p. 6.
F. Solmsen *Vorgriechisches in Lakonien Rhein. Mus.* LXII 329 ff.
H. Hitzig et H. Bluemner Pausaniae Graeciae descriptio III 2 lib. VIII, IX, quorum commentarius res topographicas accurate persequitur.
E. Babelon *Traité des monnaies grecques et romaines* II 1 *Les monnaies grecques depuis les origines jusqu'aux guerres médiques.*

1909. C. D. Buck *Introduction to the study of the Greek dialects. — Arcadian Inscriptions*: p. 174—180.
A. v. Premerstein Arcadiam adiit; p. 69.
C. Robert *Pausanias als Schriftsteller.*
A. Wilhelm *Beiträge zur griechischen Inschriftenkunde* (*Sonderschrift öst. arch. Inst.* VII). [= *Beitr.*] v. indicem locorum p. 329 sub IG V *Arkadien.*

1910. B. Niese *Drei Kapitel eleischer Geschichte. — Genethliakon für Robert,* 1 sqq.

1910/2. Dugas Tegeae: p. 6.

1911. B. V. Head Historia Nummorum$^{2}$ Arcadia: p. 444—456; foedus Achaicum: 418. Hunc plerumque secutus sum.
F. Studniczka *Polybios und Damophon* I *Ber. Sächs. Ges.* LXIII.
A. S. Hunt *Cercidas Meliambi. — The Oxyrhynchus Papyri* VIII, 20—59, n. 1082 et tab. II.
N. K. Alexopulus Ἀρκαδικὰ σύμμεικτα. Athenis (cf. *Berl. phil. Woch.* 1911, 1166).
A. S. Hunt *The Oxyrhynchus Papyri* part VIII n. 1082 Κερκίδα κυνὸς μελίαμβοι, cf. P. Maas *Berl. phil. Woch.* 1213 sqq. 1011—1016; K. F. W. Schmidt *GGA* 1912, 633 sqq.; A. Körte *Arch. Papyrusf.* V 553; alii.
F. Hiller v. Gaertringen und H. Lattermann *Arkadische Forschungen. Abh. Ak. Berlin.* [= *Ark. Forsch.*].
R. Weil *Nochmals das arkadische Gemeinwesen Z. Numism.* 139—146.

1912. H. Swoboda *Studien zu den griechischen Bänden.* 3. *Die Städte im achäischen Bunde. Klio* XII 17—50.
K. J. Beloch *Griechische Geschichte* I 1$^{2}$ (quo tempore hic liber editus est, pars huius corporis iam typis expressa erat).
Loefstedti scrinia (cf. p. 6. 7) Uppsalae conservata nobiscum per Lennartium Kjellberg communicata.

1913. A. v. Premerstein *Griechisch-Römisches aus Arkadien. — Jahresh.* XV 1912 (m. Martio nondum editum; sed plagulas auctoris humanitati debeo).
Minervae simulacrum explicat fabula aetiologica, quae carmine alexandrino et alio loco — duae enim versiones citantur a Pausania, altera etiam a Polemone fr. 24 Pr. — tractatae esse videntur.

Nomen a pisce τευθίδι i. e. lolligine, ab Aristophane saepe commemorato, derivatum. Ethnicum recte dicit Steph. Byz. πατρωνυμικῶϲ Τευθίδηϲ.

Ante a. 369. πόλιϲ τῶν ϲυντελούντων ἐϲ Ὀρχομενόν Paus. VIII 27, 4, cf. 28, 4 (πόλιϲμα).

a. 369/7. Megalopolin ϲυνοικιϲθεῖϲα.

c. a. 191—146. Foederis achaici particeps: nummi Ἀχαιῶν Τευθιδᾶν, Γνωϲέαϲ magistratus. Head[2] 418; *Brit. Mus.* 15, 174.

Post a. 146? Megalopolitarum κώμη Paus. VIII 27, 7; 28, 4.

Ante a. 177. Pausanias adiit c. 28, 6 αὐτὸϲ εἶδον.

a. 963. Prima nominis Demitsanae mentio in rescripto patriarchico. Forma slavica: Kandelorus p. 7.

Demitsanae in schola Museum est, quo lapides, vasa aliaeque res fictilia, statuae anaglypha etc. congesta sunt. Pars minima in loco ipso, i. e. Teuthide, inventa, pleraque aliunde allata, imprimis Sparta (cf. IG V 1, 700. 746. 747. 1505 sqq.), sed etiam ex arcadicis oppidis, Heraea (n. 415), Thelphusa, Gortynis vicinia, Scillunte. Etiam ex iis quae infra dabimus, maiorem partem alienam esse mihi persuasum habeo.

## Libri et itinera.

c. 1806. Leake locum recognovit ad hodiernam Demitsanam: *Morea* II 63. Gell *Itinerary* 89.

1834. [Ross *Reisen* 115 de Thisoa cogitavit].
Curtius *Pelop.* II 353. Bursian *Geogr.* II 232.

1878. v. Duhn *Ath. Mitt.* III 79—81: Thisoa s. Teuthis.

1897. Κανδήλωροϲ Ἡ Διμιτϲάνα I 1897.

1895. Frazer v. Paus. IV 311 sq.

(1901. Richards *Archaic reliefs at Dhimitzana — Journ. Hell. stud.* XII 1891, 41—45 tab. XI Spartam spectat.)

1910. Lattermann v. *Ark. Forsch.* 1911, 25. 36 tab. XI cum imaginibus.

**496** Demitsanae in museo. Stela a sinistra integra. Litterae mediocriter scriptae a. 0,012, saec. II/I a. Chr.: Α Α Ε Σ Ω.

Ι Σ Τ Α Σ Σ Ι
Ọ Α Υ Γ Ω Ο Ε Ν Τ C
Τ Α Τ Η Ρ Ω Ν Χ Ρ Ε C
Ω Ν Ε Κ Α Τ Ε Ρ Ω Ν
Δ Ι Κ Ο Σ Κ Α Τ Α Δ Ι Κ

*multa desunt*

[- τοὺϲ δικ]αϲτὰϲ ϲι - -
- - - - ·οαυγω ὁ ἐντο - -
[- - - - ϲ]τατήρων χρέο[ϲ -]
- - - - ·ων ἑκατέρων -
- - - - ·δικοϲ καταδικ- -

*vacat*

Vs. 2 participium in -ωθέντο[ϲ -? || 5 in. an Ν i. e. [ϲύ]ν̣δικοϲ?

**497** Demitsanae in museo, originis incertae. Stela a sinistra et superne fracta; l. m. 0,13, a. m. 0,16, cr. 0,06. Litterae saec. I/II p. Chr. Α Ε Σ Ω a. 0,015 Exscripsi. *Ect.* Protti et meum.

[ὁ δεῖνα καὶ Ἀ]ριϲτοκρά-
[τ- οἱ? Ἀριϲτο?]τ̣έλευϲ
- - - - - ·ακτιων
- - - - - ·ν

**498** Demitsanae in museo. Tabula a sinistra fracta. L. m. 0,31, a. 0,305, cr. 0,02. Litterae angustae accurate incisae saec. III p. Chr. vel postea Α Ε Μ Π Σ Ω.

[ἐνθάδ]ε̣ νηπιάχων παίδων κατὰ γαῖα καλύπτει
[ὀϲτέ᾽, ἅ γ᾽ ἀρ]ϲενίηι θάψε πατὴρ παλάμηι.
[ϲτυγνὴ ἀπή]νταϲ Μοῖρα· μί᾽ ἡμέρη ἔκτανε παῖδαϲ,
[αὐτίκα τ᾽ εἶδε γ]υνὴ δεινὸν ἐϲάντ᾽ Ἀΐδην.
[πρῶτοϲ μὲν] κούρηι Λ̣υκάβαϲ προγενεϲτέρηι ἦεν,
[ἀρτίτοκο]ϲ δ᾽ ἔμπηϲ κάτθανεν ὁπλοτέρηι.
[ἡ δ᾽ ἔχεν ἐν κόλ]ποιϲ μήτηρ δύο φίλτατα τέκνα,
[δῦνεν Φερϲεφό]νηϲ δώματ᾽ ἀμειψαμένη.

Vs. 3 ΜΙΗ || 4 Τ᾽ΑΪΔ || 8 ΜΑΤ᾽Α. || 3. 4. 6. 7 suppl. Wil. 6 ὁπλοτέρηι nominativus.

**499** Demitsanae in museo; inventa dicebatur Thisoae '*wohl der französischen Karte*'. Stela rudis l. 0,35, a. m. 0,42, cr. 0,08. Litterae obiter incisae, Λ Ε Π Σ, saec. III a. Chr.? Ed. v. Duhn *Ath. Mitt.* III 1878, 81 (Bechtel *SGDI* 1254 *b*). Exscripsit Lattermann. *Ect.* Prottii.

Ἀϲπαϲία
χαῖρε.

**500** Demitsanae in museo; originis incertae. Tabula undique mutila; a. m. 0,30, l. m. 0,50, cr. 0,095, saec. IV a. Chr. *Ect.* Prottii et Lattermanni. Hic exscripsit.

Βρόχυ[ϲ].

Ante B incerta vestigia, quae littera fuisse non videntur. Cf. Βρόχυϲ Γενναίειοϲ Crannone IG IX 2, 460$_{18}$.

**501** Demitsanae in museo; inventa dicebatur ubi n. 499. Stela aëtomate ornata, l. m. 0,23, a. m. 0,30, cr. 0,04. Litterae saec. III/II a. Chr. Α Ε Σ. Ed. v. Duhn *Ath. Mitt.* III 1878, 81 (Bechtel *SGDI* 1254 *a*). Vidi. *Ect.* Prottii.

[Ξ]ενοϲτράτα.

**502** Olim Demitsanae, inventum extra Teuthidis moenia. Ed. Κανδήλωροϲ Ἡ Δημιτϲάνα I 1897, 8.

Πλειϲτῶναξ χαῖρε.

**503** Olim Demitsanae, ubi inventum esse dicebatur. Α Ε Ω. Edd. v. Duhn *Ath. Mitt.* III 1878, 81 (Bechtel *SGDI* 1254 *c*).

Ὠφέλα
χαῖρε.

**504** Demitsanae in museo, originis incertae. Stela aëtomate (cum tribus acroteriis) ornata, litteris a. 0,03—(vs. 3) 0,065, quarum magnificentia quamvis sera et corrupta Spartam sapit: Α Δ Λ Ε C. Exscripsi. *Ect.* Protti et meum.

Τιβ. Κλαύδι
Cεκοῦνδε
χαῖρε.

Vs. 1 a nominativo in -ις pro -ιος.

**505** Demitsanae in museo. Originis incertae. Stela a dextra et infra fracta; l. m. 0,22, a. m. 0,38, cr. 0,05. Λ Ε C Ω. Vidi. *Ect.*

χαῖρε γλυ-
κύτατε Νει-
κοκλῆ
βιώcαc
κγ̅.

**506** Demitsanae in museo, originis incertae. Stela aëtomate ornata; infra fracta; l. 0,22, a. m. 0,22, cr. 0,02. Litterae saec. II p. Chr. Λ Ε Π Ω. Exscripsi. *Ect.* Protii et meum.

Κλαυδία
Ἐπιγόνη
χαῖρε κ[α]-
[λ]ὴ ἔτη βιώ-
[cαcα] λγ′.

**507** Demitsanae in museo. Tabula a dextra mutila, l. m. 0,13, a. m. 0,26, cr. 0,03. Exscripsi. *Ect.* Prottii et meum.

| | |
|---|---|
| Ι Τ Ạ | .ΙΤΑ.. |
| Χ Α Ι | χαῖ[ρε] |
| Ζ Η C | ζήcαc[α?] |
| Ε Τ Η | ἔτη |
| Κ Ε | κε′. |
| ♁ ♁ | |

**508** Demitsanae in museo. Tabula superne et a sinistra integra. Litterae saec. I/II p. Chr. a. 0,025: Α Ε Λ Κ Μ Σ. Exscripsi. *Ect.*

Νεικομạ[χο-]
Λυcικράτ-
Κύλλου
*vac.*

Lapis originis incertae, nec quid nomina sibi velint constat.

**509** Ibidem, originis incertae. Lateres cocti. Exscripsit Lattermann.

| | | |
|---|---|---|
| 1) | | Ξεναινέτου (formae Α Ε Ξ Ο). Duo alii mutili. |
| 2) | Ɔ Α Π | Πας- |
| 3) | ' Ο Ɔ Α | cf. antecedentem. |
| 4) | Δ | Δα(μόcιοc). |
| 5) | Ο Σ Ι C et Δ Α Μ Ọ | δαμόcιοc. |

ΘΙΣΟΑ. Nomen nisi in Pausaniae et Stephani codicibus, qui modo Θει modo Θι- modo corruptelas habent, semper Θι-, non Θει- scribitur. Locum hodie *Karkalu* dictum indicat Paus. VIII 28, 3 de Lusio: ἔχει μὲν δὴ τὰc πηγὰc ἐν Θιcόạ τῇ Μεθυδριεῦcιν ὁμόρῳ; cf. § 4: de vicina Teuthide. Homonymum apud Lycaeum oppidulum v. infra.

Ante a. 369. Unum erat e tribus oppidis τῶν cυντελούντων ἐc Ὀρχομενόν Paus. VIII 27, 4 (de epithetis Kalkmann *Paus.* 179).

c. a. 369/7. In Megalopolin cυνοικιcθεῖcα.

a. 361. ἐαρινᾶc Πυλαίαc ἑβδέμαc καὶ δεκάταc? (cf. 22 vs. 21 sqq.) ἀργυρολόγοι· - - [23]..... λης Θιcοαῖοc [ἐκ Μεγ]άλαc πόλιοc [25][δραχμ]ὰc δύο Delphos attulit. Bourguet *Bull. Hell.* XXVII 1903, 21 *B.*

c. a. 191 sqq. Nummi aerei foederis Achaeorum. Πολυήρηc — Ἀχαιῶν Θιcοαιέων s. Θιcοαίων (Steph. Byz. Θειcοάτηc ex analogia formae Λυκοάτηc finxit). Curtius *Pelop.* I 393 ex Sestinio; corr. Weil *Z. Numism.* IX 266. Head[2] 418.

Inde ab a. 146? Θιcόαν τὴν πρὸc Ὀρχομενῷ Megalopolitae κώμην habebant.

## Libri et itinera.

1832. *Carte de la Grèce* rectum locum prope *Karkalu* indicat.

1857. Rangabé *Excursion en Arcadie* (*Mém. Ac. inscr.*) 348. Postea situm effodere coepit Hieronymus quidam.

1910. Lattermann v. *Ark. Forsch.* 1911, 37 sqq. cum forma loci et imaginibus tab. V. XI.

1911. G. Oeconomus situm effodit, nomen confirmat decretis inventis; cf. eum *Berl. phil. Woch.* 1911, 1206 sq. et Πρακτ. 243 sq.; idem nobiscum liberalissime apographa unde edimus communicavit.

**510** Lamina aenea supra mutila, l. 0,247, a. 0,07. Litterae punctis expressae 'ἔντυπα cτικτὰ κακόcχημα' Ε Θ Μ Ν Ξ Π C Ψ Ω, saeculi II ineuntis (sive iam III?) a. Chr. (cf. legem Stymphaliam n. 357).

- - - - - - - - - - - - - - - εἶ[μεν] αὐτοῖc ἀcφά-
λειαν κ[αὶ π]ολέμου καὶ ἰράναc κạὐτῷ καὶ ἐγόνοιc· εἶμεν
δὲ αὐτοῖc καὶ ἐπιξυλίαν καὶ ἀτέλειαν πάντων ὧν ἁ [πό]-
λιc ἁ ἁμετέρα κυριεύει· εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ Θιcοαῖον καὶ εἰ-
c φάτραν ἕρπειν ὁποίαν ἂν βόληται· ὑπάρχε[ιν] δὲ αὐτοῖc̣ καὶ τὰ
λοιπὰ φιλάνθρωπα τῶν οἱ Θιcοαῖοι κυριεύονcι, ὅcα καὶ τοῖc ἄλλοι-
c προξένοιc καὶ εὐεργέταιc τῶν Θιcοαίων· γρά[ψαι] δὲ καὶ τὸc ἐπι-
μελητὰc τ(ὸ) ψάφιccμα ἐν χάλκω[μ]α κạṇạθḥṇạị ἐc τὸ ἱερὸν τô Με-
γάλο Cιοῦ.

Vs. 3 ἐπιξυλίαc = ius ξυλείαc (Pol. XXI 39, 12). || 9 cιοῦ insigne usus laconici apud Arcades propagati testimonium. Infinitivus εἶμεν et vox ἕρπειν (Wil.) dorica sunt. Magnus deus utrum cum Iove Aesculapio aliove deo Olympio an cum nullo conferendus sit, alii videant.

**511** Lamina aenea e duodecim fragmentis composita, l. 0,305, a. 0,145; litterae a. c. 0,012, quales n. 510; vs. 13 c. 0,018.

ἐπει[δὴ] Θύμων Παυcίων[ο]c Θελφούc[ιοc]
ὑπ[άρ]χε[ι] φίλοc ὢν καὶ εὔχρηcτοc τᾶι π[όλει]
καὶ [τοῖc] ἰδ[ι]ώταιc τοῖc παραγινομένοιc κα[ὶ]
χρẹị[αν] ἔχουcιν, καὶ τᾶc πόλιοc χρείαν ἐχούcαc
διαφόρου ἔδωκε τᾶι πόλει, δεδόχθαι Θύμωνα
Παυcίωνοc Θελφούcιον πρόξενον ἦναι καὶ εὐερ-
γέταν τᾶc πόλιοc αὐτὸγ καὶ ἐγγόνοc· ἦν[αι δ]ὲ αὐ-
τοῖc καὶ ἐπινομίαν καὶ τὰ ἄλλα τίμια ὅcα ὑ[πά]ρχει
καὶ τοῖc ἄλλοιc προξένοιc καὶ εὐεργέταιc τᾶc πό-
λιοc· γράψαι δὲ καὶ τὸc ἐπιμελητὰc τὸ ψάφιcμα
ἐγ χάλκωμα καὶ ἀναθῆναι ἐν τὸ ἱερὸν τῶ Μεγά-
λω Θεῶ.

Θελ *fulgur* φου.

De fulgure Θελφουcίων signo v. p. 101$_{35}$.

ΒΡΕΝΘΗ. Paus. VIII 28, 7 v. p. 125,16. Fluvius Βρενθεάτης inter Helissontem et Gortynium a Pausania V 7, 1 enumeratur ut ἐκ τῆς Μεγαλοπολιτῶν γῆς in Alpheum cadens. Iure igitur suo Bursian II 241 non ad ipsum Carytaenae situm, ubi fluvius nullus sit idoneus, sed ad locum '*etwa 20 Minuten östlich*' Brenthen retulit. Certe ad fluvium erat vicus. (Steph. Βρένθη, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ ποταμὸς Βρενθιάτης καὶ τὸ ἐθνικὸν Βρενθαῖος ἢ Βρενθιεύς, ὡς εἰρήσεται [ἐν τῷ] περὶ τοῦ Ὄρθη ex Pausania conficta sunt) nomen graecum: βρένθειον unguentum aliquod; cf. βρένθος, βρενθύομαι. Pars codicum (Paus. c. 28) formas Βερένθη, Βερενθεάτης exhibet. πεδίον ad dextram Alphei.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΣ. Sita e regione fere Brenthes in riva Alphei sinistra, ad Lycaei radices; cf. Curtius *Pelop.* I 304: '*das breite Tafelland, mit dem das Lykaion ostwärts gegen den Alpheios vortritt, ehe der Fluß in die Karitenaschlucht eintritt, war die alte Trapezuntia*'.

Saec. VI et V. In Herodoti (VI 127) narratione inter Agaristes procos est Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκὰς ἐκ Τραπεζοῦντος, alius Ἀζὴν ἐκ Παίου. Quod bene illustratur Stephani s. Ἀζανία testimonio (ex Hecataeo?) ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ἀζανία, διῄρηται δὲ εἰς τρία, Παρρασίους, Ἀζᾶνας, Τραπεζουντίους, unde Trapezuntios gentem maiorem fuisse concludas, cuius rei memoria aliqua remansit quamvis infirma. Postea Trapezuntii cum Parrhasiis coaluerunt.

a. 369/7. Παρρασίων Τραπεζούντιοι Arcadum decreto Megalopoli additi, nec tamen paruerunt. Paus. VIII 27, 4.

a. 361. Paus. VIII 27, 5 Τραπεζούντιοι μετεβάλοντο ... καὶ οὐ γὰρ συνεχώρουν ἔτι (ipsorum ἄστυ) ἐκλιπεῖν, ... ἐκ Πελοποννήσου τὸ παράπαν ἐξεχώρησαν, ὅσοι γε αὐτῶν ἐλείφθησαν καὶ μὴ σφᾶς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ παραυτίκα διεχρήσαντο οἱ Ἀρκάδες· τοὺς δὲ αὐτῶν ἀνασωθέντας ἀναπλεύσαντας ναυσὶν ἐς τὸν Πόντον συνοίκους ἐδέξαντο μητροπολίτας τ' ὄντας καὶ ὁμωνύμους οἱ Τραπεζοῦντα ἔχοντες τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ. Iam haec ficta sunt; Sinopes enim colonia erat Trapezus. Tunc Megalopolitae Trapezuntiorum ξόανα ἀρχαῖα (Ἥρα καὶ Ἀπόλλων τε καὶ Μοῦσαι) ad se transtulerunt: Paus. VIII 31, 5. Paullo post fabulae de regibus priscis Trapezuntiis fictae aut auctae. Novit iam Ephorus, siquidem Nicolai Damasceni fragmentum FHG III 376, 39 (Κύψελος Cresphontis μητροπάτωρ post huius mortem filios eius ἅμα τῇ θυγατρὶ κυούσῃ μέλλων Διὶ Ἀκραίῳ (an Λυκαίῳ?) εἰς Τραπεζοῦντα μετεπέμψατο etc.) ad Ephorum redit; cf. Niese *Herm.* XXVI 1891, 1 sqq., Busolt I² 224. Carmen aetiologicum Trapezuntem a τραπέζῃ hospitali derivavit quam Lycao sceleratus violaverat (Eratosthenes catast., Apd. III 98 sq.); liber Lycosurae scriptus, quo Pausanias in praefatione usus est, regum seriem, quae in Aristocratem desinit, antea Orchomeniam, Trapezuntiam fecit: VIII 5, 4 et in Messeniacis IV 17, 2. Iam quae fraus, quae vera sint, intellegimus.

Ante a. 177 p. Chr. πόλεώς ἐστιν ἐρείπια Τραπεζοῦντος. Paus. VIII 28, 7.

1907. K. Stephanos Trapezuntis situm effodiendo explorat, vasa haud antiqua, muros fundamentis nullis nisos (quales ei τοῦ νῦν ἀμέσως ὑπερκειμένου χωρίου Κυπαρισσίων) invenit: Πρακτ. 123.

ΒΑΘΟΣ et ΒΑΣΙΛΙΣ. Βάθος haud procul ab Alpheo. Paus. VIII 29, 1: ἔνθα ἄγουσι τελετὴν διὰ ἔτους τρίτου θεαῖς Μεγάλαις· καὶ πηγή τε αὐτόθι ἐστὶν Ὀλυμπιὰς καλουμένη τὸν ἕτερον τῶν ἐνιαυτῶν οὐκ ἀπορρέουσα, καὶ πλησίον τῆς πηγῆς πῦρ ἄνεισι. Ibi Γιγάντων μάχη ... καὶ θύουσιν Ἀστραπαῖς αὐτόθι καὶ Θυέλλαις τε καὶ Βρονταῖς. Cf. Arist. mirab. ausc. 127 καίεται δὲ συνεχῶς περὶ Λυκίαν καὶ Μεγάλην πόλιν τὴν ἐν Πελοποννήσῳ, Plin. n. h. II 237; Malten *Arch. Jahrb.* XXVII 1912, 243. Locum hodie Βαθύρρευμα dictum exploraverunt Bather et York *Journ. Hell. stud.* XIII 1892/3, 227 sqq. ubi et figurae fictiles inventae et taurus n. 512.

a. 1907. K. Stephanus vasa varia et simulacra fictilia et unum aeneum τῆς Μεγάλης Θεᾶς duosque sues aeneas invenit. Πρακτ. 124.

**512** taurus aeneus (v. supra), cui inscriptum:

ΙΕΡ ἱερ(ός).

Βασιλὶς ab illo loco decem stadiis remota; ταύτης ἐγένετο οἰκιστὴς Κύψελος ὁ Κρεσφόντῃ τῷ Ἀριστομάχου τὴν θυγατέρα ἐκδούς· ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἐρείπια ἡ Βασιλὶς ἦν, καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐλείπετο Ἐλευσινίας. Paus. VIII 29, 5.

Huc spectare videntur quae exhibet Νικίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς ap. Ath. XIII 609 *e f* (FHG IV 463) διαθεῖναί φησιν (περὶ κάλλους γυναικῶν ἀγῶνα) Κύψελον, πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν· εἰς ἣν κατοικίσαντα Παρρασίων τινὰς τέμενος καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δήμητρι Ἐλευσινίᾳ, ἧς ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ τὸν τοῦ κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι· καὶ νικῆσαι πρῶτον αὐτοῦ τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην. ἐπιτελεῖται δὲ καὶ μέχρι νῦν ὁ ἀγὼν οὗτος, καὶ αἱ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες χρυσοφόροι ὀνομάζονται. De Cypselo hoc vide ad Trapezuntem. Thucydidis τὸ ἐν Κυψέλοις τεῖχος ἐν τῇ Παρρασικῇ κείμενον ἐπὶ τῇ Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς (V 33, a. 421 a. Chr.) aliud fuisse magis meridiem versus situm censuit Curtius *Pelop.* I 339, adn. 16.

ΘΩΚΝΙΑ. Sita in dextra Alphei ripa ἐλέγετο δὲ ὁ Θῶκνος (Λυκάονος cf. 3, 2) ἐν τῷ λόφῳ κτίσαι τὴν πόλιν. ποταμὸς δὲ ὁ Ἀμίνιος ῥέων παρὰ τὸν λόφον ἐς τὸν Ἑλισσόντα ἐκδίδωσι. Paus. VIII 29, 5.

a. 369/7. Θωκνεῖς Παρρασίων Megalopoli adiecti: VIII 27, 4; postea 29, 5: ἐς ἅπαν δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔρημον.

Locus ad Bromosellam; cf. Gell *Itinerary* 102; Leake *Morea* 293, Boblaye 164, Curtius *Pelop.* I 304. Bursian *Geogr.* II 240 (in vici ecclesia columnae, basis ionica etc.).

1907. K. Stephanus locum explorat, colles ὑπεράνω τῶν ἐρειπίων τῆς ἀρχαίας Θωκνίας; in uno de tribus cacuminibus vasa ἐρυθρόμορφα aliaque invenit. Πρακτικά 122.

## II. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΚΡΩΜΝΟΙ — ΜΕΣΣΗΝΗ.

Paus. VIII 34, 1 (VII stad.) ἐν ἀριστερᾷ τῆς λεωφόρου (cf. Xen. l. infra l. § 22) ἱερὸν Μανιῶν et χώρα Μανία ab Oreste et Eumenidibus dicta. 2 οὐ πόρρω δὲ τοῦ ἱεροῦ γῆς χῶμά ἐστιν οὐ μέγα, ἐπίθημα ἔχον λίθου πεποιημένον δάκτυλον. .. Δακτύλου μνῆμα (Orestae fabula). τούτῳ δέ ἐστιν ἕτερον συνεχὲς χωρίον Ἄκη καλούμενον (Orestae sanatio; Εὐμενίσι καὶ Χάρισι sacra faciunt). πρὸς δὲ τῷ χωρίῳ τοῖς Ἄκεσιν ἕτερόν ἐστιν ⟨Κουρεῖον⟩ ὀνομαζόμενον ἱερόν (Orestae iudicium). 5 (XV stad.) ἐκ Μανιῶν δὲ ὁδὸς ἐπὶ τὸν Ἀλφειόν ἐστιν ... κατὰ τοῦτο Γαθεάτας ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειόν, ἐς δὲ τὸν Γαθεάταν πρότερον ἔτι κάτεισιν ὁ Καρνίων (cf. Callim. h. I 24). 6 (XL stad.) Κρωμῖτις, ubi πόλεως Κρώμων (v. infra) τὰ ἐρείπια.. (XX stad.) ἐπὶ Νυμφάδα — (XX stad.) ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον, ἐς ὃ Μεσσηνίοις καὶ Μεγαλοπολίταις εἰσὶν ὅροι· πεποίηνται δὲ αὐτόθι καὶ Ἑρμῆν ἐπὶ στήλῃ.

ΚΡΩΜΝ.. cf. Steph. Byz. Κρῶμνα. ... ἔστι καὶ Πελοποννήσου πόλις ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς. Ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος (= Paus. VIII 3, 4, ubi nunc Κρῶμοι legitur). Ad nomen cf. Κρῶμνα Paphlagoniae *B* 855 (et vocem κρημνός?).

a. 369/7. Κρῶμοι Αἰγυτῶν πόλις Megalopoli attributa. Paus. VIII 27, 4.

a. 364. ὁ Κρῶμνος ab Archidamo rege Spartanorum occupatus, praesidium quod reliquerat ab Arcadibus obsessum. Archidamus Sparta profectus, ἐκτραπόμενος κατὰ τὴν ἐπὶ Κρῶμνον φέρουσαν ἁμαξιτόν (§ 22) Arcades aggressus est, sed re infecta abiit. Denuo Lacedaemonii venerunt, partem obsessorum liberaverunt, reliqui capti. Xen. Hell. VII 4, 20—27; cf. Callisthenes ap. Ath. X 452, qui modo habet Κρῶμνον (πολίχνιον δ' ἐστὶν ἱδρυμένον πλησίον Μεγάλης πόλεως), modo ἐν τῇ Κρώμνῃ.

Pausaniae aetate: τῷ Γαθεάτᾳ δὲ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθέαις (πηγαί). ἡ δὲ Κρωμῖτις ἀνωτέρω τοῦ Ἀλφειοῦ σταδίους ὡς τεσσαράκοντά ἐστι, καὶ ἐν αὐτῇ πόλεως Κρώμων τὰ ἐρείπια VIII 34, 5.

Locum indicaverunt: Boblaye *Recherches* 169 in Neochorii planitie, a Leontario oppido hodierno septentrionem et occidentem versus; Curtius *Pelop.* I 293. 335 sq., 7; Bursian *Geogr.* II 242; Loring *Journ. Hell. stud.* XV 1895, 77 sq., qui Leakii de hod. vico Samara opinionem refutat.

ΛΕΥΚΤΡΟΝ Plut. Pelop. 20 de Leuctris Boeotiae: ἐπεὶ καὶ τῆς Λακωνικῆς πολίχνιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ Λεῦκτρον ὀνομάζεται καὶ πρὸς Μεγάλῃ πόλει τῆς Ἀρκαδίας τόπος ἐστὶν ὁμώνυμος.

a. 370. ἦν δὲ καὶ ἐπὶ Λεύκτρῳ ὑπὲρ τῆς Μαλεάτιδος ἄλλη φρουρά (Spartanorum) Xen. Hell. VI 5, 24.

a. 369/7. Λεῦκτρον πόλις παρὰ Αἰγυτῶν Megalopoli adiecta. Paus. VIII 27, 4.

a. 228. Λεῦκτρα τῆς Μεγαλοπολίτιδος χωρίον Cleomenes cepit. Plut. Cleom. 6.

ΜΑΛΕΑ dubium num sit intelligenda apud Xen. Hell. VII 1, 28, 29: ἐν τοῖς ὑπὲρ Μηδέας (potius Μηλέας?) γηλόφοις inter Παρρασίων χώραν et Spartam, prope τὴν ἐπ' Εὐτρησίους ἐκτροπήν. Malea mons Pani sacer prope Psophidem situs? v. p. $99_{16}$.

a. 369/7. Μαλέα παρὰ Αἰγυτῶν Megalopoli adiecta. Paus. VIII 27, 4.

ΑΙΓΥΤΙΣ et ΒΕΛΕΜΙΝΑΤΙΣ. Antiquissimis temporibus: iudicium saec. II (*Inschr. Olymp.* $47_{36}$): [γενέσθαι τὰν Σκιρ]ῖ[τ]ιν καὶ τὰν Αἰγῦτιν Ἀρ[κάδων ἀπὸ] τοῦ τοὺς Ἡρακλείδας εἰς [Πε]λοπόννασον κατελθεῖν.

[Saec. XII/XI. Ephorus (FHG I 238, 18 ap. Strab. VIII 364) de Eurysthene et Procle Λακωνικὴν ... διελεῖν εἰς ἓξ μέρη καὶ πολίσαι τὴν χώραν ... χρῆσθαι δὲ ... Αἴγυι δὲ πρὸς τοὺς πολέ[μους· πολεμίοις] γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ. Restitutio incerta est.]

[Saec. IX/VIII; Schwartz *Königsl.* 62. Paus. III 2, 5 de Archelao Agesilai f. Spartae rege: ἐπὶ τούτου Λακεδαιμόνιοι πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων ἠνδραποδίσαντο Αἶγυν, ὑποπτεύσαντες ὡς οἱ Αἰγῦται φρονοῦσι τὰ Ἀρκάδων. Χάριλλος δὲ ὁ τῆς ἑτέρας οἰκίας βασιλεὺς συνεξεῖλε μὲν καὶ Ἀρχελάῳ τὴν Αἶγυν ... res haud dubie ficta est.]

a. 369/7. Megalopoli attributae: Paus. VIII 27, 3 παρὰ δὲ Αἰγυτῶν [1]) καὶ Σκιριτῶν [2]) Οἶον καὶ Μαλέα [3]) καὶ Κρῶμοι καὶ Βελεμίνα [4]) καὶ Λεῦκτρον. Pars Tegeatarum fuerat: p. $2_{136}$.

[1]) Αἰγυπτίων codd. [2]) Σκιρτώνιον codd. et Steph. Byz.; em. Niese, qui ex -ιον insequens nomen indagavit. [3]) Μαλαία. [4]) Βελεμίνα C Βέλβινα D Βλενινα cett. codd.

Saec. IV Theopomp. (fr. 324 Grenf.-Hunt) ap. Steph. Byz. Αἶγυς: Θ. δὲ Αἰγυέας αὐτούς φησι.

a. 338.[1]) Liv. XXXVIII 34 (v. 189) ager Belbinates (Megalopoli restitutus) ex decreto vetere Achaeorum, quod factum erat Philippo Amyntae filio regnante, cf. Polyb. IX 33 et *Inschr. Olymp.* $47_{19}$. αἵ τ' ἐν τοῖ[ς] Ἕλλασιν καὶ συμμάχοις γεγενημέναι πρότερον [κ]ρ[ί]σεις. Pars non Megalopolitanis sed Tegeatis attributa: Polyb. IX 28, 7.

[1]) Spartanorum res accuratius examinavit Kolbe IG V 1 in prolegomenis de Sparta et Messene.

Saec. III a. Chr. Euphorio ap. Steph. Byz. Αἶγυς πόλις Λακωνικῆς. — Lycophro Alex. 850: Αἰγύας κυνός, ubi recte schol: ὁ λόγος περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς οὔσης [unde Steph. Byz. Αἶγυς].

a. 228. Plut. Cleom. 4. Cleomenes cepit τὸ περὶ τὴν Βέλβιναν Ἀθήναιον. ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστί, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἦν ἐπίδικον. καταλαβόντος δὲ τοῦτο καὶ τειχίσαντος τοῦ Κλεομένους ... Polyb. II 46 Κλεομένη ... ἐποικοδομοῦντα μὲν τὸ καλούμενον Ἀθήναιον ἐν τῇ τῶν Μεγαλοπολιτῶν χώρᾳ. Hoc Athenaeum ab eo, quod Paus. VIII 44, 3 dicit XX stadia occidentem versus ab Asea distare, diversum esse, cum Loringio (*Journ. Hell. stud.* XV 39. 71) censeo, qui Belminatidis Athenaeum in Chelmo posuit; aliter R. Kiepert ad form. orb. XIII p. 4.

a. 222. Polyb. II 54, 3. Antigonus Doso ἐκβαλὼν δὲ τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν ἐποικοδομηθέντων χωρίων ὑπὸ Κλεομένους κατά τε τὴν Αἰγῦτιν καὶ Βελμινᾶτιν χώραν, καὶ παραδοὺς τὰ φρούρια Μεγαλοπολίταις.

a. 219. Polyb. IV 37, 6 Λυκοῦργος δ' ἀπὸ τῶν ὁμοίων βουλόμενος ἄρχεσθαι Κλεομένει, τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον ἐπολιόρκει προσεστρατοπεδευκώς, cf. c. 60.

a. 219/8 hieme. Polyb. IV 81 Lacedaemonii Philippum metuentes τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον κατασκάψαντες ἐξέλιπον.

Post a. 207? Nabis agrum Belbinatem iniuria possessit: Liv. XXXVIII 34. Lacedaemoniorum tyrannos ad Machanidam et Nabidem rettulit Dittenberger ad *Inschr. Olymp.* l. l.; sed melius de vi post Philopoemenis de Machanida victoriam illata cogitabis.

a. 192. Tripolis laconica: Liv. XXXV 27 Philopoemen ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, cf. Polyb. IV 81, 7 de Pellene.

a. 188. Liv. XXXVIII 34: ager Belbinates ... restitutus (Megalopoli). Sed:

a. 164. Romani duos legatos miserunt (Polyb. XXXI 9, 7) τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Μεγαλοπολίταις διευκρινήσοντας περὶ τῆς ἀντιλεγομένης χώρας. *Inschr. Olymp.* $47_{48}$ sqq. Huc Dittenberger refert Callicratis Achaci arbitrium (Paus. VII 11, 1, qui pro Arcadibus falso Argivos dicit).

Post a. 164, ante a. 146. Lacedaemonii rursus agrum occupaverunt ob eamque causam multa (ζαμίᾳ) puniti sunt, quam non solverunt. Hinc novum arbitrium quinque virorum, quo Megalopolitae vicisse videntur: *Inschr. Olymp.* 47. Ager definitur vs. 31: [εἰ δοκεῖ τὰ]ν Σκιρῖ[τιν κατεσχῆσθαι ὑπὸ Μεγαλοπο]λιτᾶν, ἐν ἆι κ[αὶ ἁ Αἰγῦτι]ς χώρα, ἢ ὑ[πὸ Λακεδαιμονίων].

Post a. 146 a. Chr. Beleminatis et Sciritis Lacedaemoniorum: Paus. VIII 35, 3 de via quae Megalopoli Spartam fert (v. p. $129_{50}$) τοῦ Ἑρμαίου τοῦ κατὰ Βελεμίναν. 4 λέγουσι μὲν δὴ οἱ Ἀρκάδες τὴν Βελεμίναν τῆς σφετέρας οὖσαν τὸ ἀρχαῖον ἀποτεμέσθαι Λακεδαιμονίους (vituperante Pausania). 5 (Καρνίωνι)[1]) c. 34, αἱ πηγαὶ γῆς εἰσι τῆς Αἰγύτιδος ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κερεάτα τὸ ἱερόν. Cf. III 21, 3 Πελλάνας δὲ ἑκατὸν στάδια ἀπέχει Βελεμίνα καλουμένη· τῆς δὲ χώρας τῆς Λακωνικῆς ἡ Βελεμίνα μάλιστα ἄρδεσθαι πέφυκεν, ἥντινα διοδεύει μὲν τοῦ Εὐρώτα τὸ ὕδωρ ...

[1]) Idem in Callimachi I 24 ms. Καρίωνος traditur, ubi Καρνίωνος Arnald., Καρνείωνος speciose Meineke.

III. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΔΕΣΠΟΙΝΑ (— ΚΑΡΝΑΣΙΟΝ — ΜΕΣΣΗΝΗ).

Paus. VIII 35, 1: Ἀλφειός — XXX stad. τὸν Μαλοῦντα ... διαβήσῃ ... καὶ ἀναβήσῃ δι' ὁδοῦ προσαντεστέρας ἐς χωρίον καλούμενον Φαιδρίαν ... 2 XV stad. κατὰ Δέσποιναν ὀνομαζόμενον Ἑρμαῖον· ὅροι Μεσσηνίων πρὸς Μεγαλοπολίτας καὶ οὗτοι, καὶ ἀγάλματα οὐ μεγάλα Δεσποίνης τε καὶ Δήμητρος, ἔτι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πεποίηται καὶ Ἡρακλέους.

IV. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ.

Paus. VIII 35, 3: XXX stad. ἐπὶ τὸν Ἀλφειόν — ἀπολιπὼν τὸν Θειοῦντα ἐν ἀριστερᾷ (XL stad.) ἐς Φαλαισίας — XX stad. Ἑρμαῖον τὸ κατὰ Βελεμίναν. Reliqua pars viae usque ad Spartam: III 20, 8—21, 3. Cf. Loring *Journ. Hell. stud.* XV 1895, 46 sq. (et partem laconicam p. 36 sqq.).

## V. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΜΕΘΥΔΡΙΟΝ (— ΟΡΧΟΜΕΝΟΣ s. ΚΑΦΥΙΑΙ).

Paus. VIII 35, 5. Meg. — XIII stad. χωρίον Σκιάς, Ἀρτέμιδος Σκιάτιδος ἐρείπια ἱεροῦ (Aristodemi tyranni) — X stad. πόλεως **Χαρισιῶν** ὑπομνήματα οὐ πολλά — X stad. Τρικόλωνοι, hinc viae duae:

*A* 6 XV stad. Ζοιτία — X stad. Παρωρία. 7 XV stad. Θυραῖον — τὰ δὲ Ὑψοῦντος (ἐρείπια) ἐστὶν ἐν ὄρει κειμένῳ μὲν ὑπὲρ τοῦ πεδίου, καλουμένῳ δὲ Ὑψοῦντι. ἡ δὲ Θυραίου τε καὶ Ὑψοῦντος μεταξὺ ὀρεινὴ πᾶσά ἐστι καὶ θηριώδης.

*B* 8 Τρικολώνων δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ πρῶτα μὲν ἀνάντης ὁδὸς (C—LV = XLV, v. § 9) ἐπὶ πηγὴν καλουμένους Κρουνούς — XXX stad. καταβάντι ... τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς. 9 XXV stad. κατὰ τὴν εὐθεῖαν Μεθυδρίου ... Ἀνεμῶσα χωρίον καὶ ὄρος Φάλανθον, ἐν αὐτῷ δὲ ἐρείπιά ἐστι Φαλάνθου πόλεως ... 10 ὑπὲρ τούτου δὲ πεδίον τέ ἐστι Πώλου καλούμενον καὶ μετ' αὐτὸ Σχοινοῦς ... εἶεν ἂν οἱ τῆς Ἀταλάντης δρόμοι σύνεγγυς τῷ Σχοινοῦντι ... ἑξῆς δέ ἐστι (*lacuna*) ἐμοὶ δοκεῖν καλούμενον, καὶ τοῖς πᾶσιν Ἀρκαδίαν εἶναι (Ἀρκάσιν ἀνεῖναι Curtius; an Ἀρκάσιν ἱερὰν εἶναι?) τὴν χώραν φασὶν ἐνταῦθα. 36, 1 (CXXXVII a Tricolonis) Μεθύδριον (u. v.). 4 XXX stad. Νυμφασία πηγή. Nymphasia fons a Bytina non orientem, sed septentrionem versus fuisse videtur prope Granitzam; nunc Προσινῖκος (cf. slav. Prossnitz) nominatus. Παπαζαφειρόπουλος 60, Fougères *Mant.* tab. X — XXX stad. Μεγαλοπολιτῶν καὶ Ὀρχομενίων καὶ Καφυατῶν ὅροι.

Cf. Rangabé *Mém. Ac. inscr.* V 1, 1857, 381 sqq. et tab. IX; Loring *Journ. Hell. stud.* XV 1895, 75 sq.

**ΧΑΡΙΣΙΑ** ita VIII 3, 4 ubi Χαρίσιος Λυκάονος; Χ-ίαι Steph. Byz. s. v.

a. 369/7. ἐκ δὲ Εὐτρησίων Τρικόλωνοι καὶ Ζοίτιον καὶ Χαρισία καὶ Πτολέδερμα καὶ Κναῦσον καὶ Παρώρεια Megalopoli attributae πόλεις. VIII 27, 3.

Ante a. 177 p. Chr. Paus. VIII 35, 5 ὑπομνήματα οὐ πολλά.

**ΤΡΙΚΟΛΩΝΟΙ.** VIII 3, 4 Τρικόλωνος Λυκάονος conditor; filii eius c. 35, 6 Ζοιτεὺς et Παρωρεὺς Ζοιτίαν et Παρωρίαν condiderunt.

a. 369/7. v. supra Χαρισίαι. Sed restiterunt (27, 5) ideoque vi coacti sunt (anno ut puto 361).

Ante a. 177 p. Chr. μένει δὲ αὐτόθι καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ἐπὶ λόφου Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ ἄγαλμα τετράγωνον, καὶ δένδρων περὶ τὸ ἱερόν ἐστιν ἄλσος. Paus. VIII 35, 7.

Situm prope Κερατοῦλα sumpserunt Leake *Pelop.* 238 alii; prope Zonati (i. e. Ζουνάτιον) septentrionem versus Loring l. l. 75.

**ΖΟΙΤΙΑ** et **ΠΑΡΩΡΙΑ.** Ita Pausaniae libri c. 35; meliores ex Pausania ipso lectiones praebet Steph. Ζοίτειον πόλις Ἀρκαδίας, Παυσανίας η'. λέγεται καὶ Ζοίτεια. ἀπὸ Ζοιτέως etc. et Παρώρεια, πόλις Ἀρκαδίας. λέγεται δὲ καὶ Παρωραία. οἱ πολῖται Παρωρεῖς. Νικόλαος δὲ Παρωρεάτας φησίν.

a. 369/7. Ζοίτιον Παρώρεια Εὐτρησίων v. Χαρισία.

Ante a. 177 p. Chr. ἔρημοι δὲ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἀμφότεραι· μένει δὲ ἐν Ζοιτίᾳ Δήμητρος ναὸς καὶ Ἀρτέμιδος. VIII 35, 7.

**ΘΥΡΑΙΟΝ.** a Thyraeo Lycaonis f. (VIII 3, 3; Ὑψοῦντος per errorem Steph. Byz. ex Pausania; cf. 35, 7) non solum Thyraeum oppidum, sed etiam Thyrea argolica et Θυρεάτης κόλπος derivantur. 35, 7: ἐρείπια Θυραίου.

**ΥΨΟΥΣ** ad radices montis qui supra vicum Stemnitzam est? Leake *Pelop.* 240. De eponymo v. s. Thyraeo.

**(ΚΑΛΛΙΣΤΑ).** VIII 35, 8 τάφος ... Καλλιστοῦς, χῶμα γῆς ὑψηλόν, δένδρα ἔχον πολλὰ μὲν τῶν ἀκάρπων, πολλὰ δὲ καὶ ἥμερα. ἐπὶ δὲ ἄκρῳ τῷ χώματι ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Καλλίστης.

c. a. 191 a. Chr. Nummos aeneos Ἀχαιῶν Καλλιστατᾶν cum magistratu Ἄντανδρος ad oppidum hic situm rettulit Weil *Z. Numism.* IX 1882, 258 sq.; cf. Head² 418 (dubitanter).

Locus circa Χρυσοβίτσι? Curtius *Pelop.* 309, qui vicinum vicum Ἀρκουδόρρευμα confert. Congruit Fougères *Mant.* tab. X.

---

**ΜΕΘΥΔΡΙΟΝ.** Situs: Paus. VIII 36, 1 ὠνομάσθη μὲν δὴ Μ., ὅτι κολωνός ἐστιν ὑψηλὸς Μαλοίτα τε ποταμοῦ καὶ Μυλάοντος μέσος, ἐφ' ᾧ τὴν πόλιν ὁ Ὀρχομενὸς ᾤκιζε[1])· πρὶν δὲ ἢ συντελεῖν ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικόν, γεγόνασιν καὶ Μεθυδριεῦσιν ἀνδράσιν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι. 2 ἔστι δὲ ἐν Μεθυδρίῳ Ποσειδῶνός τε Ἱππίου ναός, οὗτος μὲν ἐπὶ τῷ Μυλάοντί ἐστι· τὸ δὲ ὄρος τὸ Θαυμάσιον καλούμενον κεῖται μὲν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν τὸν Μαλοίταν (Rhea ab Hoplodamo aliisque gigantibus contra Saturnum adiuta). 3 ἔστι δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους σπήλαιον[2]) τῆς Ῥέας, καὶ ἐς αὐτὸ ὅτι μὴ γυναιξὶ μόναις ἱεραῖς τῆς θεοῦ ἀνθρώπων γε οὐδενὶ ἐσελθεῖν ἔστι τῶν ἄλλων.

[1]) Cf. c. 3, 3 Ὀρχομενὸς δὲ (ὁ Λυκάονος) ἐγένετο οἰκιστὴς Μεθυδρίου τε καλουμένης καὶ Ὀρχομενίων. Iovis Hoplosmii cultum tit. Orchomenius refert n. $344_{18}$. [2]) Hodie ἄντρον Δρακότρουπας in monte Πατερίτσα, a Methydrio orientem versus sito, stalactitarum quos nos vocamus lapidum plenum (Παπαζαφειρόπουλος Μεθυδριάς 61 sqq.).

Templum a Methydrio occidentem versus situm in regione hodie Πετροβοῦνι dicta, quod Leake et Ross viderunt, nos effodimus, cuius dei fuerit explorari non potest. De choro aeneo quattuor arietum cf. Lattermann *Ark. Forsch.* tab. XIII; v. Wilamowitz *Griech. Litt. Gesch.*³ 71 et *N. Jahrb.* 1912, 466.

Saec. V moenia oppidi (Lattermann).

a. 418. θέρους μεσοῦντος. Lacedaemoniorum et Argivorum bellum; hostes primo conveniunt ἐν Μεθυδρίῳ τῆς Ἀρκαδίας. Thuc. V 57. 58. Hinc optime vias ac semitas discimus, quae Methydrio Mantineam, Spartam, Phliuntem, Argos (tres, ex iis ἄλλην χαλεπὴν et ἄλλην ὀρθίαν) ducunt.

a. 401. Ἀριστώνυμος Μεθυδριεὺς λοχαγός inter Cyreos: Xen. Anab. IV 1, 27; 7, 9.

c. a. 400. Delphorum proxeni ἐν Μεθυδρίοι Δαμοτέλεος παῖδες. Titulum στοιχηδὸν scriptum nobiscum communicavit Pomtow.

c. a. 369/7. Methydrium, quod usque ad id tempus cum Thisoa et Teuthide τῶν συντελούντων εἰς Ὀρχομενὸν πόλις fuerat, Megalopoli adiecta. Paus. VIII 27, 4.

Saec. IV a. Chr. Theopompus fr. 314 G.-H. ap. Porphyr. abst. II 16 historiolam de Clearcho Methydriense narrat pietatis et parsimoniae exemplari: Κλέαρχον κατοικοῦντα ἐν Μεθυδρίῳ τῆς Ἀρκαδίας. De Methydrio: μικροῦ καὶ ταπεινοῦ ὄντος τοῦ μεγέθους τοῦ χωρίου. Dei: τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἱερῶν.

Saec. IV (aut antea) Arist. de part. an. III p. $673a_{17}$ περὶ δὲ Ἀρκαδίαν[1]) ... καὶ κρίσιν ἐποιήσαντο περί τινος τῶν ἐγχωρίων. τοῦ γὰρ ἱερέως τοῦ Ὁπλοσμίου Διὸς[2]) ἀποθανόντος, ὑφ' ὅτου δὲ δὴ ἀδήλως, ἔφασάν τινες ἀκοῦσαι τῆς κεφαλῆς ἀποκεκομμένης λεγούσης πολλάκις· 'ἐπ' ἀνδρὸς ἄνδρα Κερκιδᾶς ἀπέκτεινεν[3])'. διὸ καὶ ζητήσαντες ᾧ ὄνομα ἦν ἐν τῷ τόπῳ Κερκιδᾶς, ἔκριναν.

[1]) Ita cod. Z, καρ . . αν E, Καρίαν Bekker; recte interpretatus est Foucart *Voy. Expl.* II p. 221. [2]) Mantineae tribus Ὁπλοδμίας et Iovis Methydrii culti Foucartus meminit. De Methydrio cogitare malo, quia oppidum Megalopolitanis attributum est, ceteri vero Cercidae Megalopolitani sunt, neque alibi nomen innotuit. Κερκιδᾶς non Κερκίδας secundum Herodiani legem (II 434 Lentz) scripsi, quamquam vel de ea dubitabatur; cf. Meineke Anal. Alex. 387 sq. et ad Steph. Byz. Μεγαλόπολις; Bechtel *Spitznamen* 33 adn. 3, qui ad κερκιδοποιός refert; — sine hac doctrina Κερκίδας collatis Κέρκις, Κερκίων multo magis placeret. [3]) Choliambus.

a. 274 ἄρχοντος Ἡρακλείδου Delphis: [κατὰ . . .]α . . ου Μεθυδριέως. Bourguet *Delphes* III 1, $83_{18}$, correxit Nikitsky *Journ. Minist. Volksaufkl.* 1912, 121, 1 (monuit Pomtow).

Paullo ante a. 234? Methydrienses per breve tempus autonomi; nummi Μεθυδριέων: Callisto Dianae sagitta icta, Arcas infans humi. Imago ab Orchomeniis deprompta est (Head² 451), unde rationes quae iis cum hac urbe vicina intercesserint illustrantur (cf. n. 344). Paullo post rursus Megalopolitanis subiecta est.

a. 228. Μεθύδριον Cleomenes capit Plut. Cleom. 4.

a. 221/0. Aetoli κατεστρατοπέδευσαν περὶ Μεθύδριον τῆς Μεγαλοπολιτιδος Pol. IV 10, 10—11, 3.

c. 205 a. Chr.? Μεθυδριεῖς propriam urbem effecerunt: *Inschr. Magn.* $38_{61}$ quod decretum post a. 188 factum esse propter ipsum Methydriensium nomen dubitanter coniecit Niese *Herm.* XXXIV 1899, 551 adn. 2; ad tertii saeculi exitum rediit Kern ibid. XXXVI 1901, 501. 503 sq.

a. 191 sqq.? Nummi Ἀχαιῶν Μεθυδριέων Æ Head² 418.

Post a. 146? a. Chr. Μεθύδριον πόλιν μὲν οὐκέτι, κώμην δὲ ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν συντελοῦσαν Paus. VIII 12, 2; cf. 27, 7.

Ante a. 15 p. Chr. Μεθύδριον a Strabone VIII 388 inter oppida evanida enumeratur.

### Libri et itinera.

1806. Leake *Morea* II 57 et *Pelop.* 200 sqq.
1834. Ross *Reisen* 116.
Curtius *Pelop.* 309 sq. 340, 18.
c. 1895. Frazer *Paus.* IV 362.

1859. Π. Παπαζαφειρόπουλος Περὶ τῆς ἀρχαίας πόλεως Μεθυδρίου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ναῶν καὶ θεοτήτων Ἐφ. φιλομαθ. 1859, 967.

1883. Id. Μεθυδριὰς ἤτοι ἱστορικὴ καὶ τοπογραφικὴ ἀφήγησις περὶ τῆς ἐν Βυτίνῃ σχολῆς καὶ τῶν ἐν τῷ δήμῳ Νυμφασίας λόγου ἀξίων μνημείων.

1910. Templum prope Methydrium effossum; v. 1911.

1911. Hiller v. Gaertringen et Lattermann *Ark. Forsch.* 22. 31 sqq. tab. III. IV. IX—XI. XIII.

### VI. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΜΑΙΝΑΛΟΝ.

Paus. VIII 36, 5 διὰ τῶν ἐπὶ τὸ ἕλος ὀνομαζομένων πυλῶν ... παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Ἑλισσόντα ἔστι τῆς ὁδοῦ ἐν ἀριστερᾷ Ἀγαθοῦ θεοῦ ναός ... προελθόντι δὲ οὐ πολὺ ἔστι μὲν ... Ἀριστοδήμου τάφος ... ἔστι δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐπίκλησιν Μαχανίτιδος ... 6 πεποίηται δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Βορέᾳ τῷ ἀνέμῳ τέμενος ... ἐξῆς δὲ Οἰκλέους τοῦ Ἀμφιαράου πατρὸς μνῆμά ἐστι. 7 V stad. ab urbe: Δήμητρος καλουμένης ἐν ἕλει ναός τε καὶ ἄλσος. XXX stad. Παλίσκιος χώρα (a dextra Ἔλαφος rivus). XX stad. ἐρείπια Περαιθέων καὶ ἱερόν ἐστι Πανός. ἢν δὲ τὸν χειμάρρουν (= Ἔλαφον?) διαβῇς, κατ' εὐθὺ πέντε μὲν σταδίοις καὶ δέκα ἀπωτέρω τοῦ ποταμοῦ (πεντήκοντα τοῦ Παλισκίου? Bursian II 229, 1) πεδίον ἐστί, διελθόντι δὲ τοῦτο, τὸ ὄρος ὁμώνυμον τῷ πεδίῳ τὸ Μαίναλιον. τοῦ δὲ ὄρους ὑπὸ τοῖς καταλήγουσι πόλεως σημεῖα Λυκόας ... 8 ἐν δὲ τοῖς κατὰ μεσημβρίαν τοῦ ὄρους Σουμητία ᾤκιστο. — (Τρίοδοι in parenthesi, ex descriptione Mantineae). λείπεται δὲ καὶ αὐτῆς ἔτι ἐρείπια Μαινάλου.

Cf. Loring *Journ. Hell. stud.* XV 1895, 76.

ΕΛΙΚΟΥΣ inter Aseam et Megalopolin Plut. Cleom. 23, Boelte *Realenc.* s. v. (a. 222 a. Chr.). Differt ab Helissonte.

ΠΕΡΑΙΘΕΙΣ ἀπὸ Περαίθου Lycaonis f. Paus. VIII 3, 4. a. 369/7 Περαιθεῖς ἐκ Μαινάλου Megalopoli adscripti. VIII 27, 3. Saec. II p. Chr.: ἐρείπια καὶ ἱερὸν Πανός.

ΛΥΚΟΑ s. minus bene Λύκαια, [ἀπὸ Λυκέως?] Lycaonis f. Paus. VIII 3, 4. Sub radicibus Maenalii montis ad campum Maenalium c. 36, 7; Helisson fluvius τήν τε Διπαιέων καὶ τὴν Λυκαιᾶτιν χώραν, τρίτα δὲ αὐτὴν διεξελθὼν Μεγάλην πόλιν c. 30, 1.

a. 369/7. Λύκαια ἐκ Μαινάλου Megalopoli attributa, nec tamen paruit. VIII 27, 3. 5.

a. 361. Λυκαιᾶται vi coacti ut Megalopolin abirent. VIII 27, 5, cf. Theop. LVI ap. Steph. Byz. Λύκαια, ubi ex Nicolao forma Λύκαιθα affertur. Megalopoli φάτρα constituta est ab iis Λυκοατᾶν (n. 446) denominata.

Ante a. 177 p. Chr. Paus. c. 36, 7 πόλεως σημεῖα Λυκόας καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καὶ ἄγαλμά ἐστι χαλκοῦν Λυκοάτιδος.

Situm prope vicos hodiernos Καρτερόλι et Ζαράκωβα posuerunt Ross *Reisen* 120 sq., Bursian II 228.

ΣΟΥΜΑΤΙΑ ἀπὸ Σουματέως Lycaonis f. condita Paus. VIII 3, 4 cf. Steph. Σουματία πόλις Ἀρκαδίας ... γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου Σουμήτεια. Sita ἐν τοῖς κατὰ μεσημβρίαν τοῦ ὄρους. Ad arcem antiquam nunc Παλαιο-Σύλιμναν dictam refert Ross *Reisen* 120 (*'Reste polygonischer Mauern'*). Titulum saec. V s. IV v. infra n. 513.

a. 369/7. Σουμάτειον ἐκ Μαινάλου Megalopoli adiecta c. 27, 3.

ΜΑΙΝΑΛΟΣ. Paus. VIII 36, 8 ἐρείπια Μαινάλου, ναοῦ τε σημεῖα Ἀθηνᾶς καὶ στάδιον ἐς ἀθλητῶν ἀγῶνα καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἐς ἵππων δρόμον. Sed quamquam c. 3, 4 Maenalus Lycaonis f. τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ πόλεων ὀνομαστοτάτην τὸ ἀρχαῖον Μαίναλον condidisse fertur (cf. Apd. bibl. III 98, ubi Lycaonis nefas fit συμβουλεύσαντος τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ Μαινάλου), neque enumeratur c. 27, 3 inter πόλεις ἐκ Μαινάλου a. 367 relictas, nec nummi Ἀχαιῶν Μαιναλίων inventi sunt; sed a Strabone VIII 388 inter oppida evanida aut quae vixdum exstant commemoratur. Nolo conicere Dipaeam et Maenalum idem fuisse oppidum, cum argumenta quae praesto sunt nondum sufficiant.

Locum ad Dabiae castellum posuit Ross *Reisen* 118 sq., ubi Leake *Morea* II 52 Dipaeam fuisse censuerat.

### Pausaniae itinerario addenda.

ΔΙΠΑΙΑ ad Helissontem sita, qui primo τὴν Διπαιέων, deinde τὴν Λυκοᾶτιν χώραν affluat Paus. VIII 30, 1. cf. III 11, 7 οἱ δὲ Διπαιεῖς ἐν τῇ Μαιναλίᾳ πόλισμα Ἀρκάδων ἦσαν.

c. a. 470. Spartani ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας πλὴν Μαντινέων victoriam reportaverunt Hdt. IX 35.

c. a. 440? Γνάθων Διπαιεὺς τῆς Μαιναλέων χώρας vicit Ὀλυμπίασι πυγμῇ παῖδας. Γνάθωνα δὲ καὶ ἐς τὰ μάλιστα, ὅτε ἐνίκησεν, εἶναι νέον τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησί· Καλλικλέους δὲ τοῦ Μεγαρέως ποίημα ὁ ἀνδριάς ἐστιν. Paus. VI 7, 9; Foerster *Sieger* 274 (c. 416?); Robert *Herm.* XXXV 1900, 194; Hyde *Olympion.* 10, 67.

a. 369/7. Δίπαια ἐκ Μαινάλου Megalopoli adiecta c. 27, 3.

c. a. 191. Nummi Ἀχαιῶν Διπαιέων Head[2] 418 (Μαιναλίων non inventi sunt).

Saec. II p. Chr. Ptol. III 14, 40 Arcadiae oppidum Λίλαια habet; ubi Δίπαια voluit C. Mueller, Ἀλέα C. O. Mueller.

De Dipaeae situ ad ea quae de Maenalo dixi relego.

ΕΛΙΣΣΩΝ. Paus. VIII 3, 3 ἀπὸ δὲ Ἑλισσόντος (τοῦ Λυκάονος) ἥ τε πόλις καὶ ὁ ποταμὸς Ἑλισσὼν τὰ ὀνόματα ἐσχήκασιν. Fluvius ἀρχόμενος ἐκ κώμης ὁμωνύμου c. 30, 1; 29, 5. Locum oppidi non ad Alonistenam, sed ad Pianam fuisse putat Ross *Reisen* 117; cf. Boelte *Realenc.* s. v.

a. 369/7. Ἑλισσὼν ἐκ Μαινάλου Megalopoli adiecta Paus. VIII 27, 3.

a. 352. Ἑλισσοῦντα πόλιν Lacedaemonii κατὰ κράτος ἑλόντες καὶ διαρπάσαντες. Diod. XVI 39.

Inde ab a. 146? κώμη Μεγαλοπολιτῶν. Paus. VIII 27, 7; 30, 1.

**513** Σουμάτειον? In muro ecclesiae S. Cyriacae infra vicum Sylimnam (prope viam hodiernam quae Tripoli Demitsanam fert, et deversorium Papuliae). Lapis rutilus l. et a. c. 0,50, cr. 0,12, magnis et profundis litteris στοιχηδὸν inscriptus. Misit Arbanitopullus a. 1910; non repperit Krispi a. 1912.

| | |
|---|---|
| ΑΕΣΙΟ | . . εσιο |
| ΟΔΕΣΑΜΑ | [τ]όδε σᾶμα. |

Haec caute protulit Arb., adnotans vs. 1 primam litteram et Α et Δ esse posse. Malo [Ἀ]ρεσίο quam [Αἰ]δεσίο (Krispi). || In eadem ecclesia triglyphi et metopae templi dorici situm indicant (Arb.).

### VII. ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΣ — ΛΥΚΟΣΟΥΡΑ — ΛΥΚΑΙΟΝ (— ΦΙΓΑΛΕΙΑ)[1].

Paus. VIII 36, 9 τοῦ δὲ τῆς Δεσποίνης ἱεροῦ καὶ Μεγαλοπολιτῶν τοῦ ἄστεως στάδιοι τεσσαράκοντα μεταξύ εἰσιν, ἥμισυ μὲν τῆς ὁδοῦ πρὸς τοῦ Ἀλφειοῦ τὸ ῥεῦμα· διαβάντων δὲ μετὰ μὲν δύο ἀπὸ τοῦ Ἀλφειοῦ σταδίους Μακαρεῶν ἐστιν ἐρείπια, αὐτόθεν δὲ ἐς ἐρείπια ἄλλα τὰ Δασεῶν ἑπτά εἰσι στάδιοι, τοσοῦτοι δὲ ἐκ Δασεῶν πρὸς τὸν Ἀκακήσιον ὀνομαζόμενον λόφον ... 37, 1 ἀπὸ δὲ Ἀκακησίου τέσσαρας σταδίους ἀπέχει τὸ ἱερὸν τῆς Δεσποίνης ... 11 ἐντεῦθεν δὲ ἀναβήσῃ διὰ κλίμακος ἐς ἱερὸν Πανός ... 38, 1 ἀνωτέρω δὲ ὀλίγον τεῖχος τε περίβολος τῆς Λυκοσούρας ἐστί ... 2 ἐν ἀριστερᾷ δὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δεσποίνης τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Λύκαιον ... 8 ἔστι δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ὄρους Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐπίκλησιν Παρρασίου· ... 9 τοῦ Λυκαίου δὲ τὰ πρὸς τῆς ἄρκτου γῆ ἐστιν ἡ Θισοαία ... 11 τῆς Λυκοσούρας δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ Νόμια ὄρη καλούμενα, καὶ Πανός τε ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐστι Νομίου καὶ τὸ χωρίον ὀνομάζουσι Μέλπειαν ... 39, 1 παρὰ δὲ τὴν Λυκόσουραν ὡς ἐπὶ ἥλιον δυσμὰς ποταμὸς Πλατανιστὼν παρέξεισιν· ἀνδρὶ δὲ ἰόντι ἐς Φιγαλίαν ἀνάγκη πᾶσα διαβῆναι τὸν Πλατανιστῶνα, μετὰ δὲ αὐτόν ἐστιν ἄνοδος ὅσον τε σταδίους τριάκοντα ἢ πλείους τῶν τριάκοντα οὐ πολλῷ.

[1]) Cf. Heberdey *Reisen* 90 sqq.

ΜΑΚΑΡΕΑΙ et ΔΑΣΕΑΙ. Lycaonis filii Δασεάτας καὶ Μακαρεύς c. 3, 2. Steph. Μακαρέαι ... τὸ ἐθνικὸν Μακαρεὺς et Μακαρεάτης, et Δασέαι ... τὸ ἐθνικὸν Δασεάτης.

a. 369/7. Παρρασίων Ἀκακήσιον Ἀκόντιον Μακαρία Δασέα Megalopoli adiecta. c. 27, 4.

ΑΚΑΚΗΣΙΟΝ. Cf. Ἄκακος Lycaonis f. c. 3, 2. 369/7 v. Μακαρέαι. — situs: c. 36, 9 πρὸς τὸν Ἀκακήσιον ὀνομαζόμενον λόφον. ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ λόφῳ πόλις τε ἦν Ἀκακήσιον Ἑρμοῦ τε Ἀκακησίου ... ἄγαλμα καὶ ἐς ἡμᾶς ἐστιν ἐπὶ τοῦ λόφου. fabulam τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι καὶ Ἄκακον τὸν Λυκάονος γενέσθαι οἱ τροφέα respiciens redarguit schol. Π 185 (Ἑρμείας ἀκάκητα): καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄντρου Ἀκακησίου προσηγόρευται καθ' Ὅμηρον ὁ Ἑρμῆς Ἀκακήσιος.

**ΛΥΚΟΣΟΥΡΑ.** Nomen apud Pausaniam Λυκόσουρα sive Λυκόσωρα, in titulo Megalopolitano Λυκόσουρα (n. $446_{11}$) scribitur; lapides ex ipso Despoenae fano orti ethnicum exhibent Λυκουράσιος, unde oppidi nomen efficitur Λύκουρα, haud diversum a Parnassi et Pheneaticae Λυκώρεια. Cui comparanda Ἄκρ-ώρεια, Πάρ-ώρεια, Πόντ-ώρεια (Rhodi). Illam formam longiorem Λυκόσ-ουρα ad falsam nominis Κυνόσ-ουρα, quod et Κυνουρία etc., analogiam fictam esse sunt qui censeant; noluit Usener *Göttern.* 208sq.

Fanum Despoenae. Paus. VIII 37, 1 τὸ ἱερὸν τῆς Δεσποίνης. πρῶτα μὲν δὴ αὐτόθι Ἡγεμόνης ναός ἐστιν Ἀρτέμιδος (ἄγαλμα) ... ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὸν ἱερὸν περίβολον τῆς Δεσποίνης ἐστὶν ἔσοδος. ἰόντων δὲ ἐπὶ τὸν ναὸν στοά τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ ἐν τῷ τοίχῳ λίθου λευκοῦ τύποι· *a*) Μοῖραι καὶ Ζεὺς ... Μοιραγέτης, *b*) Ἡρακλῆς τρίποδα Ἀπόλλωνα ἀφαιρούμενος 2 -μεταξὺ τῶν τύπων ... πινάκιόν ἐστι γεγραμμένον, ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν (n. 514?); *c*) Νύμφαι ... καὶ Πᾶνες, *d*) Πολύβιος (v. s. a. 146). ... πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ Δήμητρί τε ἐστὶ βωμὸς καὶ ἕτερος Δεσποίνῃ, μετ' αὐτὸν δὲ Μεγάλης Μητρός. θεῶν δὲ αὐτὰ τὰ ἀγάλματα, Δέσποινα καὶ ἡ Δημήτηρ ... 4 Δαμοφῶντος δὲ καὶ ταῦτα ἔργα ...· Ἄρτεμις ... κύων ... 5 Ἄνυτος ... 6 Κούρητας et Κορύβαντας ἐπειργασμένους ἐπὶ τοῦ βάθρου ... 7 ἐν δεξιᾷ δὲ ἐξιόντι ἐκ τοῦ ναοῦ κάτοπτρον ... 8 παρὰ δὲ τὸν ναὸν τῆς Δεσποίνης ὀλίγον ἐπαναβάντι ἐν δεξιᾷ Μέγαρόν ἐστι καλούμενον, καὶ τελετήν τε δρῶσιν ἐνταῦθα καὶ τῇ Δεσποίνῃ θύουσιν ἱερεῖα ... 10 ὑπὲρ δὲ τὸ καλούμενον Μέγαρόν ἐστιν ἄλσος τῆς Δεσποίνης ἱερὸν θριγκῷ λίθων περιεχόμενον ... ὑπὲρ δὲ τὸ ἄλσος καὶ Ἱππίου Ποσειδῶνος ἅτε πατρὸς τῆς Δεσποίνης καὶ θεῶν ἄλλων εἰσὶ βωμοί· τῷ τελευταίῳ δὲ ἐπίγραμμά ἐστι 'θεοῖς' αὐτὸν τοῖς 'πᾶσιν' εἶναι κοινόν. 11 ἐντεῦθεν δὲ ἀναβήσῃ διὰ κλίμακος ἐς ἱερὸν Πανός (v. n. 530?) πεποίηται δὲ καὶ στοὰ ἐς τὸ ἱερὸν καὶ ἄγαλμα οὐ μέγα ... προφῆτιν δὲ Ἐρατὼ Νύμφην αὐτῷ γενέσθαι ταύτην ἣ Ἀρκάδι τῷ Καλλιστοῦς συνῴκησε (v. prolegg. s. a. 368) ... ἐνταῦθα ἐστι μὲν βωμὸς Ἄρεως, ἔστι δὲ ἀγάλματα Ἀφροδίτης ἐν ναῷ ... ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀθηνᾶς ξόανά ἐστι· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ καὶ ἱερὸν πεποίηται.

a. 369/7. Παρρασίων Λυκοσουρεῖς Megalopoli decreto Arcadum attributi. Paus. VIII 27, 4.

a. 361. Paus. VIII 27, 6 civitates quae Megalopolin συνοικισθῆναι nolebant coactae sunt, velut Trapezuntii; Λυκοσουρεῦσι δὲ καὶ ἀπειθήσασιν ἐγένετο ὅμως παρὰ τῶν Ἀρκάδων αἰδὼς Δήμητρός τε ἕνεκα καὶ Δεσποίνης ἐλθοῦσιν ἐς τὸ ἱερόν.

Saec. IV templum Despoenae extructum esse censet Kuruniotes Καταλ. 18; eidem aevo simulacra fictilia adscribuntur (Pfuhl).

c. a. 228. Caphyiatae Lydiadae (ut Lycosura oriundo?) statuam dedicant n. 534.

Saec. II a. Chr. parte priore templum Despoenae restitutum. — Damophontis signa iam ante Corinthum deletum facta esse propter sumptus haud exiguos probabile est; non multo certe antiquiora esse iam Plinius demonstrat, cuius fontes hunc statuarium vix praeteriissent, si ante saeculum alterum floruisset. Cf. libros infra laudandos, Studniczkae Kuruniotis alios.

Saec. II exeunte τὰν ὁδὸν τὰν ἐπὶ Λυκόσουραν n. $441_{11}$.

Saec. II(?) a. Chr. Arcadiae res scriptae esse videntur ab homine religiosissimo, cui Lycosurae fanum maxime erat cordi.

Pausanias in regum historia enarranda usque ad Aristocratis alterius mortem (VIII 1, 4—5 extr.) librum illum secutus est; sed et alia inde hausit, velut fabulosam illam pugnam Mantiniensem c. 10, 5—10; quam anno fere 249 a. Chr. tribuunt (Beloch). Inde pauca affero, ut quid velim doceam: c. 2, 1 Λυκάων ὁ Πελασγοῦ ... Λυκόσουράν τε γὰρ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ καὶ Δία ὠνόμασε Λυκαῖον καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια. c. 4, 5 Κλείτωρ μὲν δὴ ὁ Ἀζᾶνος ἐν Λυκοσούρᾳ τε ᾤκει καὶ ἦν τῶν βασιλέων δυνατώτατος καὶ Κλείτορα ᾤκισεν ἀφ' αὑτοῦ πόλιν. 38, 1 πόλεων δέ, ὁπόσας ἐπὶ τῇ ἠπείρῳ ἔδειξε γῆ καὶ ἐν νήσοις, Λυκόσουρά ἐστι πρεσβυτάτη, καὶ ταύτην εἶδεν ὁ ἥλιος πρώτην· ἀπὸ ταύτης δὲ οἱ λοιποὶ ποιεῖσθαι πόλεις μεμαθήκασιν ἄνθρωποι. Porro conferas res ad a. 361 supra relatas. Denique c. 10, 10 Λεωκύδους δὲ τοῦ Μεγαλοπολιτῶν ὁμοῦ Λυδιάδῃ στρατηγήσαντος πρόγονον ἔνατον Ἀρκεσίλαον οἰκοῦντα ἐν Λυκοσούρᾳ λέγουσιν οἱ Ἀρκάδες ὡς ἴδοι τὴν ἱερὰν τῆς καλουμένης Δεσποίνης ἔλαφον πεπονηκυῖαν ὑπὸ γήρως· τῇ δὲ ἐλάφῳ ταύτῃ ψάλιόν τε εἶναι περὶ τὸν τράχηλον καὶ γράμματα ἐπὶ τῷ ψαλίῳ·

νεβρὸς ἐὼν ἑάλων, ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ.

Hinc elucet, auctorem aut ipsum a Leocyde illo oriundum esse, aut in posterorum eius honorem scripsisse. Gens iam octo aeva ante pugnam illam Mantiniensem Lycosurae viguisse sumitur; Arcesilaus circa exitum sexti saeculi reponendus esset. Lydiadae mentio a statua quae Lycosurae erat (n. 534) pendet. Librum illum post Antinoum inter deos relatum Hadriani aevo auctum esse probabile est.

Post 146 a. Chr. Ante Despoenae templum (Paus. VIII 37, 1) στοά τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ ἐν τῷ τοίχῳ λίθου λευκοῦ τύποι ... 2 ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ (τύπῳ) Πολύβιος ὁ Λυκόρτα· καί οἱ ἐπίγραμμά ἐστιν 'ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἂν σφαλῆναι τὴν Ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπείθετο, καὶ ἁμαρτούσῃ δι' ἐκείνου βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνου'. Cf. Thearidae fratris nepotis honores n. 535.

a. 11 p. Chr. Aeram, quam Thessaliae sat multa exhibent exempla (IG IX 2, p. 317), etiam Lycosurae valuisse Wilhelm (*Beitr.* 153. 311) et v. Premerstein (*Jahresh.* XV 1911) si iure suo contenderunt, tunc ab Augusto (vix a Claudio) aliquod oppidis Achaiae beneficium impertitum esse concludendum erit. Lycosuram illo tempore πόλεως ius recuperasse probabile est, ut dicitur n. $516_{10}$.

Post a. 14 p. Chr. Xenarchus Onesicratis f. et Nicasippe uxor Despoenae, Augustorum, Proserpinae (Corae) templa restituunt aut condunt. Decretum Megalopolitarum et Romanorum qui Megalopoli negotiantur n. 515.

a. 42 p. Chr.? Nicasippi honores a Lycurasiis decreti n. 516.

a. 125. Megalopolitani Hadrianum (praesentem?) ut κτίστην statua honoraverunt n. 533, cuius basim Traiano dempserant.

Ante a. 177 p. Chr. Pausanias VIII 38, 1 de Lycosurae oppido c. 38, 1 τείχους τε περίβολος τῆς Λυκοσούρας ἐστὶ καὶ οἰκήτορες ἔνεισιν οὐ πολλοί.

Post a. 192. Damophontis statuae in moneta Megalopolitarum quae Iuliae Domnae imaginem fert.

---

## Libri et itinera.

c. 1806. Gell *Itinerary* 101. Dodwell *Class. Tour* II 394—397 cum imagine situs; *Views* tab. I. Leake *Travels* II 308sqq.

1832. *Expéd. de Morée* II 40sq. tab. 35 II (tab. geogr.).

1833. Boblaye *Recherches* 162sq.

1834. Ross *Reisen* I 87.

1840. Idem *Königsreisen* I 207.

1842. Welcker *Tagebuch* I 264.

1851. Curtius *Pelop.* I 295sqq. 237, 10; tab. 4, 2 (ex *Expéd.*).

1854. Bursian v. *Fleck. Jahrb.* LXXIV 1856, 428sq. et *Geogr.* II 237sqq.

1880. Kabbadias primum Lycosuram adiit.

1889. Leonardus humum effodit: Δελτίον 1889, 122. 153sqq. 159sqq. 170. 202. 252. Πρακτικά 1896 95sqq., 'τὰ ἥττονος λόγου ἄξια εὑρήματα' Megalopoli deposita, ubi etiamnunc (1910) adservantur.

1890. W. Doerpfeld *Ath. Mitt.* XV 230.

— Frazer v. *Pausanias* IV 367sqq. cf. V 622sqq.

1891. A. Wilhelm *Ath. Mitt.* XVI 353 Damophontis titulos messeniacos alteri a. Chr. saeculo exeunti tribuit.

— E. A. Gardner *Journ. Hell. stud.* XII 1891, 390sq.: saec. IV a. Chr.

1893. A. Conze *Ausgrabung bei Lykosura Arch. Anz.* 125 Damophontis signa ineunti saeculo II a. Chr. attribuit.

— W. Doerpfeld *Ath. Mitt.* XVIII 219—221: saec. II sive I a. Chr.

— P. Kabbadias (Cavvadias) *Fouilles de Lycosoura* I.

1894. J. Overbeck *Gesch. der griech. Plastik* II 485—489 et C. Robert *Lykosura und Damophon Hermes* XXIX 429—435, et *Realenc.* IV 2077sqq., Damophontem Hadriani aevo attribuerunt.

1895. Leonardus denuo humum effodit.

— Β. Λεονάρδος Λυκοσούρας ἐπιγραφαί Ἐφ. ἀρχ. 263—274.

1896. Λεονάρδος Λυκοσούρας ἐπιγραφαί. Ἐφ. ἀρχ. 101—130. 217—242 et Πρακτικά 93—126 et tabb. quattuor.

1897. M. Collignon *Histoire de la sculpture grecque* II 626—630 (statuas prioris partis saec. II a. Chr. esse iudicat).

1898. Λεονάρδος Λυκοσούρας νόμος ἱερός. Ἐφ. ἀρχ. 249—272.

1899. Λεονάρδος Λυκοσούρας ψήφωμα. Ἐφ. ἀρχ. 43—48 et tab. III.

— Idem Λυκοσούρας σήκωμα ἐπιγεγραμμένον. Ibid. 47—52.

— Perdrizet *Bull. Hell.* XXXIII 635sq. de figuris artis fictilis.

1904. A. M. Daniel *Damophon. Journ. Hell. stud.* XXIV 41—57 de arte: saec. IV a. Chr.

1906. Κ. Κουρουνιώτης Αἱ ἐν Λυκοσούρᾳ ἐργασίαι. Πρακτ. 120—123 de novo museo et statuis restitutis.

1907. Idem Ἀνασκαφαὶ ἐν Λυκοσούρᾳ. Ibid. 112—113.

1906. L. C. Thallon *The date of Damophon. Amer. Journ.* X 302sqq.: librorum rationem exhibet p. 328sq.

1906/7. G. Dickins et K. Kuruniotes *Damophon of Messene* II *Ann. Br. Sch.* XIII 1906/7, 357—404; tab. XII—XIV de signis.

1911. F. Studniczka *Damophon* I *SB. Sächs. Ges.*

1912. B. Staes Τὰ ἐν Λυκοσούρᾳ ἀγάλματα τοῦ Δαμοφῶντος ἐπ' ἀνεκδότου χαλκοῦ νομίσματος Μεγαλοπολιτῶν — Διεθν. ἐφ. νομ. ἀρχ. XIV 45—47 tab. Θ'.

— G. Dickins *Damophon of Messene* III — *Ann. Br. Sch.* XVII 80—87.

1911. Κ. Κουρουνιώτης Κατάλογος τοῦ Μουσείου Λυκοσούρας. Βιβλιοθήκη Ἀρχαιολογικῆς ἑταιρείας. ἐν Ἀθήναις.

— Β. Λεονάρδος Λυκοσούρας ἀγάλματα ἐπὶ νομίσματος — Ἀρχ. ἐφ. 193.

— Α. Κ. Ὀρλάνδος Ἡ κρήνη τῆς Λυκοσούρας — Ἀρχ. ἐφ. 200—206.

— Στ. Δραγούμης v. ad n. 540.

— F. Hiller v. Gaertringen v. ad n. 540.

**514** LEX SACRA. Athenis in mus. nat. Tabula infra mutila l. 0,48; a. max. 0,58, cr. 0,18. Litt. vs. 1: 0,035; 2sqq. 0,015, saec. II a. Chr., στοιχηδὸν dispositae, sed syllabis bene divisis (26—28 l.). Inventa a. 1889 in agro 'ς τὰ Σελά, quartam horae partem a colle Τερζά meridiem versus. Ed. Leonardus Ἐφ. Ἀρχ. 1898, 249sqq., 30 et tab. 15 imaginem phot. (Meister *SB. Sächs. Ges.* 1899, 147; Dittenberger Syll.[2] 939; Ziehen Leg. sacr. II 63); cf. Dickins *Ann. Br. Sch.* XII 1905/6, 131. Vidi. *Ect.*

Δ ε σ π ̣ ο ί ν α ς.
[*17 l. erasae*] μὴ ἐξέστω
παρέρπην ἔχοντας ἐν τὸ ἱερὸν τᾶς
Δεσποίνας μὴ χρ[υ]σία ὅσα μὴ ἰν ἀνά-
θεμα μηδὲ πορφύρ̣εον εἱματισμὸν
μηδὲ ἀνθ̣ινὸν μηδὲ [μέλ]ανα μηδὲ ὑπο-
δήματα μηδὲ δ̣ακτύλιον· ε̣ἰ δ' ἄν τις
παρένθ̣η̣ ἔχων τ̣ι τῶν ἁ στάλα [κ]ωλύει,
ἀναθέτω ἐν τὸ ἱερόν. μηδὲ τὰς τ̣[ρί]-
χας ἀμπεπλεγμένας μηδὲ κεκαλυμ̣-
μένος, μηδὲ ἄνθεα παρφέρην μηδὲ
μύεσθαι [*7 l. erasae*] κύενσαν μηδὲ θη-
λαζομέναν· τὸς δὲ θύοντας πὸς̣ θύ[η]-
σιν χρέεσθαι ἐλαίαι, μύρτοι, κηρίο[ι],
ὀλοαῖς αἰρολογημέναις, ἀγάλματ[ι],
μάκωνι λευκαῖς, λυχνίοις, θυμιά-
μασιν, ζμύρναι, ἀρώμασιν· τὸς δὲ θ[ύ]-
οντας τᾶι Δεσ̣ποίναι θύματα θύ[ην]
θήλεα λευ̣κ̣[ὰ ..]ο ... ος καὶ κ ..... *etc.*

Titulum hunc eundem esse atque πινάκιον γεγραμμένον, ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν (Paus. VIII 37, 2), cum Kabbadia (*Fouilles de Lyc.* 13 adn. 1), Dickinsio l. l. et Bluemnero ad Paus. l. l. opinor. Litteras quarum vestigia in ectypo satis certa dispiciuntur a Leonardo recte suppletas recepi. Vs. 2 μὴ παρέρπην ἔχοντας erasae esse videntur. Leon. || 4 Μ alterum ex Ν correctum. || 12 μύεσθαι alterum erasum. Leon. || 15 ὀλοαὶ αἰρολογημέναι i. e. οὐλαί lolio exemptae Leon. || ἀγάλματ[ι], ubi τ certum: Perdrizet *Rev. ét. anc.* II 1900, 268 (dubitante Ziehenio).

